# Opuſculum de Aſſumptione Beatiſſime Marie virginis





¶ Nicholay horij remenſis de glorioſa virginis Marie aſſumptione liber.

Querenti michi quid in adoleſcentia potiſſimũ ſcriberem: quũ voluptatis plurimũ capiebam ex agitatione ſtudiorũ. id quod michi quidem non mediocrẽ iucunditatẽ attulit: vt de virgine clariſſima omniũ maria ſermonẽ facerem: venit in mẽtem. Nam egomet ſic iudicabam: vt magnam eſſent felicitatem conſecuti/ atq; in numero bonorũ hominũ maxime haberẽtur: qui eum vite curſum tenerẽt: vt ad mariã ⁊ honoribus/ ⁊ ſummarum virtutũ gloria florẽtem: non modo animum et cogitationem cõuerterent: ſed etiam in id ſtudium quod in laudibus eius ſuauiſſimis ac longe mirificiſſimis verſaretur: incũberẽt. Neq; vero vnq; putaui quempiam morte mala periturũ: qui dum inter mortales vitam duceret: non ad efferendam adoleſcentulã eam que virginitatis ſpendore priuata eẽt atq; illecebris voluptatum irretita: ſed ad extollendam laudibus in celum mariã: tum clariſſimam omnium feminam tum ampliſſimam ſuperno ciuitatis reginam: ſtudium ſuũ contulit. Sed quid homini preclarius atq; ſuauꝰ eſſe poteſt q̃ deum noſtrum laudare? et hominũ creatorem optimuz et hoĩm redemptorẽ clariſſimuz ⁊ hoĩm ſaluatorẽ ſũma ſapiẽtia preditũ? Aut mariam oratione decorare? quam

cōſtat eſſe tū ab oībus viciis remotiſſimā/ tū omni
virtutis genere oꝛnatiſſimā/ tum incredibili gloꝛie
magnitudine locupletatā ⁖ Quamobrē quū mariā
in celū verbis efferre cogitarē: hoc facere inſtitui vt
clariſſimā eius ipſius aſſumptionē hoc libello con
ſcriberē. Quid enim glorioſius ꝙ hominē eū qui
honore ⁊ reipublice munere fungitur/ ad ſcribēdū
ita animū ſuū appellere: vt primū ad laudes alicuꝰ
celicole plurimis cogitationibus vtatur: tū eas co
pioſa oratione exprimat/ atqꝫ hominū generi accu
ratius diligentiuſqꝫ indicet. Sed quāqꝫ marie lau=
des nō remenſem virū preconē deſiderāt: ſed potiꝰ
achademicum platonē/ aut beatū illū hieronymū/
aut athenīēſem illū demoſthenē/ aut ciceronem co
pioſiſſimū oratorē/ aut diuine eloquētie theophra=
ſtū: tamē hoc michi q̄dē ꝑſuaſi vt quoniā et chriſtū
regē maximū ⁊ metrē eius eximiā amore intimo cō
plector: et michi( quum vtriuſqꝫ beneficia erga me
ſunt ampliſſima ) verēdū maxime putaui niſi me ad
mariā laudādā traducerē: ne ipſe in ſcelus quoddā
nefariū inciderē vt ab hoc meo inſtituto tā optimo
deſiſtere nō debeā. Atqꝫ illad in primis michi letan
dū iure eſſe video ꝙ id vite curriculū tenēdū michi
cenſui: vt mariā virginē illā( quā vel humani gene=
ris defenſatricē/ vel maximi celeſtiſqꝫ imperij prin=
cipē vel optimi atqꝫ magnificētiſſimi impatoris ma
trē nūcupamus ) oratione mea prius efferrē: ꝙ ipſe

vita decederē. Sed iā ad inſtituta pergamus. Quū
igit gl'ioſam marie virginis profectionē memorare
deſiderarē: idq; quo facili⁹ aſſequerer librū quēdā
legerē ſcriptā ad celicolarū laudē: ex eo facile per-
ſpexi q̇d beat⁹ coſmas (cui cognomē erat veſtitori)
homo ⁊ ſingulari prudētia decoratus/ ⁊ ſumma cū
chriſto charitate cōiūctus: de aſſumptione matris
chriſti referret. quū diceret ſeſe a ſucceſſorib⁹ eorū
hoīm qui tū interfuerāt didiciſſe: q̄admodū chriſt⁹
angelo℞ princeps āpliſſim⁹ ⁊ clariſſim⁹ quū ſtatuiſ
ſet ad celeſtē regiā ꝑuehere matrē ſuā parētē vite:
angelū ad eā miſiſſet qui oblationē mortis denūcia
ret. ne ſi preter ſpem obueniret: turbationis quicq̄
ei afferret. Itaq; angelus oratione ad eā eiuſmodi
vſus eſt: vt vehemētius ipſam cohortaret ne mūdū
ipſa quidē deſertura: ex corporis ſeparatione terro
re vllo afficeret. quoniā celeſte eſſet palaciū adep-
tura/ vocareturq; ad vitā ꝑpetuā/ ad ſempiternū gau
diū/ ad pacis requiē/ ad familiaritatē ſecuram/ ad ci
bū ꝑpetuū/ ad lucē inacceſſibilē/ ad diē nō aduespe-
raſcētē/ ad gloriā ineffabilē/ ad autorem oīm rerū fi
lium ſuū. que ille quidē nō modo vitā eternam eſſe di
xit: ſed et charitatem nō comparabilem/ et habita-
tionē nō enarrabilem/ et eam (que obtenebrari nō
poteſt) claritatē/ et (q̄ eſtimari nō poteſt) bonitatē.
Angel⁹ vero marie ferebat nobiliſſime atq; clariſſi
me oīū femine/ neq; quēq̄ ipſam de manu filij raptura

rum: quū omnes fines terre in illius eſſent poteſta
te: neq̧ mortem ex ipſa (q̄ vitaʒ genuiſſet) gloriatu-
ram: neq̧ fuſcatam caligine (quoniam peperiſſet lu
men) iri. Deinde poſt obitum eſſe accepturam tum
materni pignora uteri / tum educatōis mercedē / tuʒ
cibi lactiſq̧ viciſſitudinem dicebat. Poſtremo autē
ille ferebat / ad ſe ipſam chriſtum apoſtolos (quoꝝ
manib⁹ ſepeliretur) aducturum: q̄ deceret vt ij qui
bus ille ſanctū tradidiſſet ſpirituʒ: et corpus matris
ſepelirent / ꝛ in admirabili funere negotium eius ge
rerent. Angelus autem ſpiritus tum nobiliſſimus /
tum etiam longe optimus / tum ſempiterne beatitu
dinis particeps / tum ſingulari ſapientia preditus: ſi
mul ac virginē illam preſtantiſſimaʒ cōueniſſet / atq̧
illi in funebria veſtimenta: et ramū palme (quo cer
tior eſſe poſſet ſe quidē victoriā eſſe aduerſ⁹ morteʒ
habituram) tradidiſſet: in celum reuerſus eſt. Qua-
propter honeſtiſſima omniū parēs ſummi pri̅cipis
maria / atq̧ omni virtutis genere decorata: cogna-
tis ꝛ amicis ſuis cōuocatis: ergo vobis inquit nun-
cio meipſam eſſe ex hac vita hodie migraturam.
Itaq̧ nobis vigilandū eſt ſiquidē ad cuiuſq̧ morien-
tis lectū / et optimi et peſſimi ſpiritus accedūt. Hec
quū maria dixiſſet omnes qui aderāt flere ceperūt /
atq̧ ita locuti fuerūt: vt illā timere facies ſpirituuʒ
dicerent que autoris oīm rerum mater fieri meruiſ
ſet q̄ depopulatorē inferni genuiſſet / q̄ ſup cherubī

et ſeraphin paratū ſolium habere promerita eſſet.
Querebāt igit̃ ipſi aut q̄d facerēt aut quēadmodū fu
gerēt. Aderat multitudo mulierum q̄ collachrima
bant̃ q̄ etiā ne ipas maria orphanas relinqueret: ro
gabant. Tum illas ꝯſolans maria: ſi vos inquit cor
ruptibiliū natoꝝ matres ab eis paꝝ diſiungi nō pa
timini: cur ego ⁊ mater et v̄go experē nō debeo vt
ad meū illum ꝓficiſcar filiū dei pr̄is vnigenitū? Si
quelibet veſtrū in aliquo exorbabitur filio: ea deli=
niet̃ alio vel ſuperſtite vel naſcituro. Cur ergo ipſa
que vnicū poſſideo cuꝰ p̄ſentia priuata ſum/ atq; i=
corrupta maneo: ad eū non properem ſollicita qui
oīm eſt vita? Hec quū maria dixiſſet/ et quū preſtan
tiſſimꝰ virginis cuſtos adueniſſet: cui ſine dubio ſū=
ma v̄ginitatis laus ꝯcedit̃. et quēadmoduꝫ res ſeſe
haberet: ꝑcōtatus fuiſſet/ reſpōſumq; ab illa facile
omnium virginuꝫ principe de celeſti eius migratio
ne accepiſſet in ſolum procidit. lachrimanſq;/ et cla
mans: quid ſumus inquit nos domine vt tantas af
flictiones nobis afferas? Cur potius hanc animam
ex corpore non ſeduxiſti? vt magis a matre domini
mei reuiſerer: q̄ꝫ eius ipſius funeri intereſſem? Po
ſtea vero q̄ꝫ illum lachrimis ſparſum in thalamum
maria induxiſſet/ palmāq; illi ac veſtimenta oſten=
diſſet: in lectum ad ſepulturam ſibi datum ſe cōtulit
Ecce longe acerrimus tonitrui ſonus audit̃/ ⁊ qua
ſi candida nubes turbo gignitur: et apoſtoli doctiſ=

ſimi viri ante ianuã virginis inſtar imbriuꝫ collocan
tur. Quum autem plurimũ de eo admirarentur: io
hãnes ad illos progreſſus ea q̃ ſanctiſſime virgini p
angeluꝫ denunciata eſſent illis retexit: qui quũ etiã
omnes collachrimarentur eos ꝯſolatus eſt. Poſt
autẽ lachrimis abſterſis in edes ingreſſi: clariſſimã-
q; omniũ virginem vehementius ſalutantes adora
uerunt. Tum illa. auete filij inquit vnici nati mei.
Apoſtoli autẽ poſtea ſic locuti fuere. vt et illam ip-
ſam longe ſanctiſſimaꝫ virginem vocarent: et qua-
ſi dominũ ac magiſtrum ſuum aſpicerent: ſe quideꝫ
eſſe conſolationẽ conſecutos. et quoniam oratricẽ
apud deum habere crederent: ſoluꝫ hoc refrigeriũ
ſibi relictũ eſſe dicerent. Tum paulus/ poſtq̃ maria
nominatĩ eum ſalutaſſet aue inquit ĩperatrix mei ſo
lamis. Nam ⁊ ſi corpꝰ xpi non viderim tñ quũ te ip
ſe videã/ tanq̃ illũ cernerẽ: conſolatione nõ vaco.
Ego vero te deum genuiſſe/ vſq; ad hunc diẽ genti
bus predicaui: ſed te tranſlatã eſſe ad ipm illum tuũ
filium/ docebo in poſterum. Aderant autem illo tẽ-
pore centũ et viginti v̕gines ĩ marie obſequio occu
pate. Poſtq̃ aũt maria femina oĩm preſtãtiſſima/ in
credibili corporis pulchritudine predita/ ⁊ pruden
tia ĩgenioq; acutiſſima/ et virginitatis ſplẽdore illu
ſtriſſima/ ⁊ ſapiẽtia atq; eloquẽtia eruditiſſima/ atq;
(vt ego ſoleo dicere) ſapientiũ humillima/ humiliũ
ſapiẽtiſſima: de lucernis vſq; ad obitũ ſuum nõ extĩ

guendis cohortatione viſa eſſet: queq angel9 ſpiritus ſumma ſciētia atq ingenio q̄ maximo decorat9 celeſtiſq imperatoris cupidiſſim9 attuliſſet: ea paulo ſapiētiſſimo atq eloquentiſſimo viro oſtendiſſet ſe quidem obtexit funebribus veſtimentis: et quuz omnes valere iuſſiſſet: ad exitum in lecto ſuum col locauit corpuſculum. Petrus quidem ad caput po ſitus erat: iohānes vero ad pedes locatus: ceteri au tem apoſtoli lectū circūdabant/ et oēs ſanctiſſimaz dei matrē collaudabāt. Quoꝝ petr9 quidem laudes clariſſime v̄gin's prim9 incohauit: ac tāta illius cōmendatione vſus fuit: vt eam ipſam poſtea q̄ affici gaudio admonuiſſet: tum celeſtiū thalamoꝝ ſpōſaz tum etiā trifidum ardui luminis candelabrū (per qd̄ eterna eſſet claritas nudata) nominaret. O miri apoſtoli quis vobis tuz ſenſus erat? Quanta lachrymarum copia ſpargebatis oculos genaſq veſtras? Quum dominā veſtrā aſpiceretis feminam omniū humillimā in lectulo mortis collocatā? Quūq etiā videretis quā amore ſummo cōplectimini: et honore afficitis incredibili: paululo tp̄e lapſo et ex vita migraturam: et ex aſpectu veſtro celerius ituram. Quid potuit accidere vobis acerbius q̄ vt marie dn̄i veſtri parentis dilectiſſimā/ atq iucundiſſimam perderetis in hac vita oīno preſentiā? O miſerum parētis adē flagitiū: ſi nūq̄ fuiſſes: neq dolorē: neq tā maximos cruciat9 hoībus attuliſſes. Poſtea

vero tã vehemens tonitruũ factũ eſt: vt motu ipſo
tota marie domus concuteretur. ⁊ ſpirit⁹ fragrans
tanta illam repleuit ſuauitate: vt omnes qui aderãt
(ꝑter apoſtolos/ et tres virgines que lucernas ibi
geſtarent) ingentẽ inire ſomnũ impulerit. Chriſtus
autẽ ſapientiſſimus rerũ omniũ creator/ et generis
humani optim⁹ redẽptor: cũ multitudine angeloꝝ
ab ethereo cacumine lapſus: innocẽtiſſimã ſumpſit
parẽtis ſue animã. q̃ magna a deo claritate reſplen
duit: vt ab ipſis apoſtolis nõ potuerit videri. Chri-
ſtus aũt iuſſit petrũ/ ceteroſq; apoſtolos homines
longe prudẽtiſſimos: vt et illud ip̃m caſtiſſimũ: atq;
innocẽtiſſimũ matris eius corpuſculum honorificẽ
tiſſime ſepelirẽt: treſq; dies ſummo ſtudio/ cura/ la
bore/ diligẽtia cuſtodirẽt. Eſt autẽ pollicitus: vt in
tra tris dies ad eos reuerteretur/ et corpus matris
ad ꝑpetuã gloriã trãſferret/ atq; etiã decoraret cla
ritate ſimili ſuo ſplẽdori. Atq; vbi euolaſſet ex cor-
pore aĩa marie: corpus q̃dẽ (id quod mirabile dictũ
eſt) hec verba (que partim ad aĩam: partim ad ſeip̃z
referũtur) protuliſſe dicit. Gratias inquit ago tibi
dñe: q̃ tua digna ſum glĩa. Memẽto mei: qm̃ ⁊ tuũ
figmẽtũ ſum/ ⁊ tuũ cuſtodiui depoſitũ. Sed poſtq̃
ij qui ſopore capti erãt/ exꝑgefacti fuerũt: corpuſq;
ſanctiſſime atq; grauiſſime virginis exanimũ cõſpe
xerunt: tametſi maximo hoĩm gaudio dignus erat
tãte obitus femine: qr ꝓpter ingẽtẽ meritoꝝ multi

tudinē/ꝑpetuū eſſet bonū aſſecuta: tñ ꝓpter amorē egregiū et ſingularē erga virginē illam ceperunt et plurimū triſtari ⁊ maximos gemitus dare ⁊ plurima collachrimatione oculos genaſq; ſuas tingere. Quū igit̄ apoſtoli venerabile corpus dñe ad monumētum exportarēt/petrus vero eximie hilaritatis canticū inchoaſſet/chori autē angelorum ꝑſtātiſſimā oīm feminā collaudarēt: tūc fuit hieroſolima tantā ob gloriā grauiter ꝯmota. Itaq; ſummi ſacerdotes in apoſtolos multitudinē tū fuſtibus munitā/tū gladiis accinctā immiſerūt. Sed quū ex miſſis hoībus indigno furore preculſus vnus impetū faceret/corpuſq; ſacratiſſimū atq; inocētiſſimū ex lectulo deiicere conaretur: manibus vtriſq; a cubitis ita priuatus eſt: vt ille dū e lecto penderēt/ſummo atq; horribili dolore afficeret̄. Igitur veniā iplorauit/⁊ pollicit9 eſt: vt de facinore ſatis ipſe faceret. Cui petr9 quidē dixit: nondū ipm veniā cōſequi poſſe: niſi et corpus ꝑpetue virginis oſcularetur/⁊ chriſtū ex ea genitū: dei filiū eſſe confiteret̄. Hec quū ille feciſſet man9 eius cubitis (vnde auulſe fuerāt) addite ſunt. Poſtea vero petrus illi vnū palme dactylum tradidit: eūq; hortatus eſt vt in ciuitatē reuerteretur/et ſup infirmos poneret fructū. vt qui crederent: ſanitatē ipſam reciperēt. Ac poſteaq̄ apoſtoli viri optimi veniſſent in prediū gethſemanicū: in monumentum (qđ ſimilitudinē haberet cū mirifico illo chriſti

ſepulchro) corpus clariſſime virginis marie appre
henſa ſyndone (quoniã illud dei vas digniſſimũ at
tingere nõ audebãt) depoſuerũt. Sed dũ illi corpꝰ
nobiliſſime dñe ſue/chriſto principi angeloꝝ mirifi
co morẽ gerẽtes/cuſtodirent: tertio die poſt huma
tionẽ admodũ ſplendida nubes monumentũ virgi
nis circũſepſit/angeli vocibus ſuauiſſimis vtebant̃
maximꝰ ⁊ ineffabilis odor ꝑceptus eſt/ſummo etiã
ſtupore affecti ſunt oẽs: dũ ieſum chriſtũ rectorem
oĩm illic cõſpicerent: corpuſq; preſtãtiſſime matris
ſue extollẽtẽ ad perpetuã beatoꝝ ciuitatẽ. Quam-
obrem quũ apoſtoli ſepulchrũ oſculati fuiſſent: in
beatiſſimi iohannis euãgeliſte domũ/ illũ ipm̃ tãte
virginis cuſtodẽ collaudãtes/reuerſi ſunt. O felicẽ
iucũdũq; diem. Quid maria potuerit ſibi cõparare
dulcius: q̃ vt cõſequeretur ⁊ facultatem deſerendi
hanc ipſam lachrimarũ vallẽ: et cum filio ſuo tam
mirifice petendi incredibilis patriam ſuauitatis?
Quiſnã gaudiũ exiſtimare poterit quo chriſtus ille
quidẽ pater optimus afficeretur: dũ in celũ honori
ficẽtiſſime parentẽ ſuã aſſumeret: virginẽ primariã
et ſingularẽ? Quis tanta rei cogitatione magnope
re nõ gauderet? Nichil enim ĩ marie virginis aſſũp
tiõe cernit̃: quod quidẽ aut dolorẽ/ aut gemitũ/aut
luctũ incitet. Sed quicquid in illa ipſa offenditur:
affert profecto homini cogitãti ⁊ leticiã maximam
et nõ mediocrẽ voluptatẽ. Quapropter quũ ⁊ aſſi

que cogitē/ ꝛ tā clariſſimā domine mee profectionē litteris tradā: in re tāta/ tā incredibili/ tamq̄ʒ diuina neqʒ gaudio/ neqʒ leticia/ neqʒ exultatione vacare debeā. Nec me quiſpiā hec de aſſumptione finxiſſe arbitrari debet: ꝙ exiſtimē rebus iis que ad celicolas pertinēt/ adhibēdam ſemper eſſe veritatē. Ipſe autē in hunc librū rettuli non ea que narret quiſpiā a veritatis ſplēdore alienꝰ: ſed que ſanctiſſimꝰ coſmas cōmemoret ſeſe de iucūdiſſima perpetue virginis profectione didiciſſe q̄ ſimul ac ipe offendiſſem ego veſtē atqʒ ornamentū tradiderim. Quamobrē nil michi videor ſcripſiſſe: quod aut periculū ſit humano generi allaturū/ aut lectitari/ aut peruulgari nō poſſit. Sed nos ad reliqua pergamꝰ. Quū igitꝛ ſcriptū quoddā legerē: quod ab optimo atqʒ litteratiſſimo viro iohanne damaſceno ꝯditū erat: quo ille quidē de gl'ioſa marie aſſumptione ita locutꝰ ē/ vt ſctiſſimā illā oīm v̄ginē attollere ſūmis laudibꝰ videretꝛ: ex illo ipo marie itellexi mariā innocētiſſimā feminā/ atqʒ clariſſimā ieſu xpi parētē ſic vita deceſſiſſe: vt quāq̄ aīa eiꝰ fuerit ex corpe ſegregata: illā tn̄ diſſolutionē nō mortē appellari/ ſed vel trāſmigrationē vel receſſū/ vel aduētū aptiꝰ dici (qm̄ celo poſt diſceſſū illū tā beatū aduenit) oporteat. Viꝝ āt illū (cui pfecto ſn̄ dubio ſūma ſapīa ꝯcedit) ex ſcripto eiꝰ magnū habuiſſe amorē erga mariā celitum reginā/ facile ꝯſpexi: ꝙ quāq̄ ille genꝰ hoīʒ huic calami

rati ſubiectū eſſe arbitraretur: vt corpora illorum
(id quod dictu horribile video) in cōmunē cinerem
morte ſoluerentur: tamē illud ipſum innocētiſſimū
marie corpuſculū/ ex ea conditione exemptū fuiſſe
profiteretur. Neq3 vero ſolum ipſam marie animā
(cui maximā tribuit ſemper innocentiā) ad inſignē
chriſti principis regiā: verum etiā caſtiſſimū eius ip
ſius corpuſculū vltra ſempiternos celigenarū cho
ros prouectū eſſe diceret. Tū etiā illud damaſcenꝰ
addidit queādmodum apoſtoli hoīes pauperrimi
atq3 integerrimi qui ⁊ oībus terris diſperſi/ ⁊ morē
chriſto gerētes: in eo ſtudio verſarētur quo mētes
hoīm ad rectā ſalutarēq3 viā ab errore deducerēt:
hieroſolimā ſeſe ad mariā feminā multo elegantiſſi
mā cōtulerunt. Sed qm̄ illi ad breue tēporis circu=
lum cognouiſſent illā e vita migraturā: crebris eos
ſingultibus fuiſſe et querelis viſos dicebat/ atq3 illā
ad filium ſuū ita locutū eſſe: vt eū ipm dilectis filiis
(apoſtolos enim intelligebat) qui propter ſuū ipſiꝰ
deceſſum affligerētur quodā dolore nouo: conſola
torē fieri precaret. Poſtea vero narrabat: illam et
ſpm nato ſuo/ et ſuū ipſius corpuſculū cōmendaſſe
atq3 p̄catā illā fuiſſe vt aīam eius quā imaculatā ſer
uauiſſet exciperet: corpuſq3 in quo habitarat/ inte=
grū cuſtodiret: atq3 ipā ad ſe (id quod quidē affert
nō mediocrē hominī voluptatē) ꝓueherēt. vt vbi filiꝰ
eius moraret: qui viſcerum eius ꝑtus eſſet/ ipſa illic

habitaret. Christū aūt oīm rerū principē cōueniſſe parentē ſuā: vt eā ad ſeipm venire iuberet/atq3 etiā laudaret ꝓpter icredibilē erga genitricē charitatē: q̄ nō modo illā inter feminas formoſam/ verū etiā amicā ſuā (in qua q̄dē macula nō eſſet vlla) diceret. Hec maria quū audiſſet: idē eam longe ſanctiſſimā aīam egiſſe dicebat. Itaq3 apoſtoli cōſummatiſſimi viri τ ꝓfudere lachrimas τ ſacratiſſimū corpus virginis mūda ſyndone inuolutū/lecto tulerūt. Poſt autē illud ſacris ceruicibus ſuis īpoſuere: τ diuinas modulātes odas/ſanctis aliis cōcinētibus: angelis autē partim antecedētibus corpus/τ partim ſubſequētibus: ad monumētū venerūt. Nā neq3 illud ꝓfecto mirādū eſt: ſi damaſcenus homo tū maximo preditus ingenio/ tū optimis eruditus diſciplinis: preſtātiſſimā oīm mariam tātopere extulerit. Que enim dulcior: q̄ de maria cogitatio homini poteſt inueniri? Quid mētibus hoīz matris christi laudib9 delectabilius percipi poſſit? Quis autē ludus animis: celeſtis dn̄e laudatione iucūdior? Quis tā meſtus eſſe poteſt: quin ſi ſuauiſſimas ꝑpetue virginis laudes meditet/leticiā maximā cōſequat? Tu ꝓfecto tāte virtutis es o dn̄a: vt qui animū τ cogitationē in te cōuertūt: nō mediocrē percipiāt voluptatē ſummo te amore cōplectātur/ maxime optent tibi famulari/faciē tuā aſpicere ardeāt: mūdū velocem deniq3 floccipēdāt. Quid deſiderari homini vtili9

te poteſt: Quod preſidium tam optimum videatur
eſſe optabilius: Quod autē perfugiū felitius adiri
poteſt: Quod aūt propugnaculū tutius: Quod re
fugium/ad quod potius q̄ ad te fugere debeam⁹ eē
videatur: Quis vnq̄ patrociniū rogauit tuum: cui
nolueris ip̄a opitulari: Quis perire potuit: quem
iuuare voluiſti: Quis ſe humilius ad te cōtulit: q̄n
ſalutem fuerit optatiſſimā conſecutus: Nos aūt in
hanc quidē adducti ſumus ſentētiam: vt quū videa
mus in te maximū pietatis cumulū: eos non modo
vitam agere beatā/quos tuos quidē famulos eſſe
putes: ſed ne mala quidē morte perituros arbitre-
mur. Vehementer ego mirarer: ſi aut turpitudine
flagitioꝝ macularētur/aut poſt interitū inferno ca
lamitoſoꝝ carceri olidiſſimo abigerētur: quos ſin
gulari amore cōplecteris: ⁊ ab impetu aduerſario-
rum fraudibuſqꝫ defendis. Quū igitur mariā vere
cundiſſimam virginē/atqꝫ nobiliſſimā chriſti regis
parentē mecū cogitarē: videbā profecto in ea ipſa
vim eſſe tantam: vt dū eam contēplemur: efficiat in
mētibus noſtris aculeos/quibus quidē et ad illam
amandam atqꝫ colēdam/et ad amorē erga ipaꝫ ma
gnopere duplicādum incitemur. Tantā enim eſt et
corporis preſtantiā ⁊ animi aſſecuta: vt multo ma-
gis ceteris oīb⁹ feminis vtriuſqꝫ rei pulchritudine
antecellat: q̄ aut ſol minime lucerne: aut puerulo
doctor optimus: etiā ſi fuerit oīm rerū atqꝫ artium

ſciam conſecut⁹. Quiſnā dubitare poſſit: quin ma=
ria ſit tum ab oī vicio remotiſſima/ tū etiaꝫ omībus
virtutib⁹ cumulata: Equidē in hac ipſa permaneo
ſentētia: vt qui aut vicium aliquod marie tribuerit
aut virtutē aliquā detraxerit: eum mentis cōpotem
eē non puteꝫ. Atqꝫ vt iam ſuauiſſimas illius laudes
exequar: ſi quiſpiam michi quereret quidnam ī ma=
ria michi videret qđ me quidem plurimū delectaret:
illud ipm dicerē (id qđ maxima dignum laudatione
videt) q̄ in ea ſit incredibilis miſericordia ⁊ ſingula
ris. Quis eñ vnq̄ ſic egerit vitam vt nichil fecerit
boni/atqꝫ oē malum cōmiſerit: ſi quidem ſeſe ad ma
riam ſupplici⁹ contulerit: quin fuerit oīm remiſſio=
nem peccaminū aſſecutus: Quare neminē venturuꝫ
eſſe ad īferos puteꝫ: qui ad extremū ſaltem vite aīo
depreſſo/ad illā tanq̄ ad perfugiū optimū ſeſe con=
ferat Tametſi habitat illa cum xp̄o in celeſti regia:
tamen et hoīm calamitates/⁊ gemit⁹/et flet⁹ videt:
audit et clamores ⁊ orōes humiles. Dominib⁹ aūt
a deo felix ē: vt ſi merorē inuenerit: expellat/ſin eoſ
viderit vel in ſoli vel in maris pͥculis poſitos: libe=
ret/ſin multitudinē peccatoꝝ offēderit: imbrib⁹ ſue
pietatis effuſis deleat: qđ ego ad incredibilē mīam
pertinere arbitrer. Quamobrē ſiquis in miſeriā de
uenerit: ſiue diuitiaꝝ copiam adeptus ſit/ſiue into=
lerabili paupertatis magnitudine torqueat: ne ipſe
quidem mortē ſibi inferat: ſed ad nobiliſſimam oīm

principem/atq3 integerrimã ſaluatoris nſi parentẽ
reuertatᷓ: qm̄ ſi fecerit: hoc ꝓfecto efficiet: vt quam
maxīopere liberatōez deſideret/ↄſequetᷓ. Ac ſi nos
in mariã ſctiſſimã oīm feminam ita ītuamur vt coꝝ
que de ipſa illa vera ſunt/ veritatē agnoſcere deſide
remus: nichil equidem ĭpi reperiemus aut ab ea in=
iuſte factum fuiſſe/aut īpꝛudenter excogitatũ/aut il
liberaliter retentũ/ aut contra fortitudinē factum/
aut intēperate eē dictũ: ſ3 eam ſane videbim⁹ ⁊ ſum=
ma pꝛudētia/et ſumma iuſticia/ ⁊ ſumma fortitudīe/
et ſumma deniq3 tēperantia ī vita floꝛuiſſe. Quare
quũ ſub celo vitam duceret: haud ita ſe p̄buit vt vel
diuinã maieſtatē mīme cognoſceret/vel cuiq̄ hoīm
officeret/vel nemī largiretᷓ cui ipſa deberet/vel ībe
cillitate aī depꝛimētᷓ/ vel aliquib⁹ illecebꝛis leniretᷓ
ſ3 oīpotentē oīm principē ſũmopere coleret atq3 ti
meret/ ꝓximũ ſuum amaret/atq3 auxilio leuaret. in
maxīs operis ⁊ plurimis vſaretᷓ: cōſeruaret admira
bilē ⁊ coꝛpoꝛis et aī puritatē. Quapꝛoptᷓ quũ tante
ad mariã virtutes acceſſerint: nō modo eã maximã
ſed et admirabilem/et diuinã quandam feminã arbi
tramur. Atqui ea eſt marie pꝛeſtātia: vt (quantũ iu
dicare poſſum) in oībus matribus obtineat pꝛinci=
patũ. in quo et virtus ei⁹ q̈ plurimũ cernitᷓ: ⁊ quãtũ
ſaluti hoīm opitulata eſt/facillime videri pōt Quas
enim virtutes/quamq3 feminam tãtopere excellen
tem poteris noīare: quib⁹ illa ipſa magnopere illã

nō ſuperet: Qđ enī peccatū aut tā noxiū/aut tā mediocre vnq̄ fuit/aut tā minimū: qđ mariā potuerit ſordidare: Tu ne potes reperire puerperiū/qđ vētrē parētis ſue rediderit tā glorioſum: q̄ xp̄s illum ſp̄m marie vētriculū: Num quiſpiā ex numero francoꝝ/aut romanoꝝ/aut alioꝝ principū: Num q̄ſq̄ inuenietur: vel in ſolo/vel in mari/vel in celo: Ceteros enī qui ex matrib⁹ nati ſunt: hoīes tm̄ū. xp̄m aūt nō ſolū verū hoīem: ſed deū etiā eternū/potentiſſimū/optimū/ſapiētiſſimū eſſe ꝯfitemur. Atq̄ vt laudes marie (quā ego ſentio laudib⁹ ornare glorioſum eſſe) preſequar: nō aliquā credim⁹ feminā aut eſſe/aut fuiſſe/aut futurā eſſe: que tantū erga filium ſuū amorem vel habeat/vel habuerit/vel habitura ſit: quāto illa xp̄m afficiat/principem magnificētiſſimū atq̄ ampliſſimū: quē peperit/ quē ſacratiſſimo lacte ſuo nutriuit/ quem in egiptum vitans inimicū turbulentiſſimū/aſportauit: quē e ligno pendētem q̄ plurimos etiā cruciatus patientē/ſuſpexit. Cui enim chriſtus maximopere non antecellit: quippe quū ⁊ ſemper ab oīb⁹ pctīs abhorruerit/ et genere vite p̄ſtiterit in mūdo ceteris oībus/et diuinitatem quādā habeat nō modo admirabilē: ſed etiā eternā atq̄ ineffabilē Quamobrē ſi cetere matres p̄ q̄ multe tātopere extollunt: quāto maria magis efferēda eſt: quā nō ſolū hoīes maxime laudāt: verūetiā immortales īperij celeſtis ordines maximis atq̄ innu

merabilib⁹ exornant laudibus: quũ ꝑpter celeſtes egregias ꝙ virtutes/ tum etiã propter dignitatẽ diuinã/ atꝙ oĩ admiratione magnopere dignã. Nam ꝙ paulo ante diximus⁹: mariam ſaluti hoĩm opem tuliſſe: quis hoc chriſtian⁹ nobis nõ cõcederet: Quis enĩ mariam clariſſimã celi principez neſciat: xp̃m et optimum et humani generis redemptorem clariſſimũ peperiſſe, atꝙ edidiſſe: Quis ergo nos videat plurimũ ſalutis hoĩbus mariam attuliſſe: Quare quũ veritatem ipſi cognoſcim⁹: in hac quidẽ ſententia tam vera/ tanꝙ ſancta ꝑmanendũ nobis ſentio: vt mariã p̃ſtantiſſimam ieſu xp̃i parentẽ/ atꝙ nobiliſſimã celeſtis regni reginam/ ſic a filio ſuo locupletatam fuiſſe: vt ceteris matrib⁹ oĩbus ante feratur/ ſemꝑ ipſi credamus. Hoc dum legibus iuriꝙ opeꝫ cum ceteris dabam: et dũ ab eiuſmodi ſtudio michi datum habebã aliquod etiam tẽpuſculum: qd̃ poteram vel in carminib⁹/ vel in pilis/ vel in orõnibus/ vel in alijs ſtudijs cõſumere: ⁊ in hoc quidẽ ſi aut virum/ aut feminã ſanctiſſimaz muſis amenior ib⁹ laudarem: nõ me quidẽ aut contra bonos mores/ aut contra iuſtinianoꝝ ſtudia facere quicꝙ arbitrabar his verſib⁹ amoris cauſa expreſſeri. Laudib⁹ exuperas oĩs puriſſima matres. Uirgo triũphãtis mater honeſta ducis. Quod gen⁹ audaci morſu depreſſerat eua Ipſa tui fructu vẽtris ĩ aſtra leuas. O vgo immẽſuz memorari digna ꝑ orbẽ Saluatrix hoĩm

perfugiũqȝ piuȝ. Ubi ſunt: qui ſe feminam iueniſſe maria preſtantiorẽ opinant. Siue ſint pariſienſes qui ſacras litteras didicerĩt/ſiue itali qui plurimos ſapiẽtie libros legerint/ſiue alij qui perquãmultas litteras intellexerint: tñ ſi illud dicere audeant (qḋ ne ipſi quidem credim⁹ vnq̃ futurum) haud quaq̃ȝ iudicare non poſſum⁹ illos non reꝑhenſione ſolũ: ſed etiã pena eſſe dignos. Ego vero non ſolũ nego vllam eẽ feminam maria excellentiorem: verũ etiã aſſero longe oĩm mariam eſſe preſtantiſſimam. Decet enim: vt ea que dei mater eſt/ceteris multo antecellat mulierculis: que homines xp̄o ſubditos ediderint. Quare ita nobis eſſe faciendũ magnopere cenſeo: vt ſi erga deum tant⁹ ſit noſter amor: quãtũ homines xp̄ianos habere oporteat: mariam cũ nobiliſſimam virginẽ: tum ampliſſimã celi reginã maximo amore affitiam⁹ atqȝ ita illi placeam⁹: vt neqȝ vulnera/ neqȝ corpus/ neqȝ ſanguinẽ/neqȝ xp̄i filij ſui morteȝ/neqȝ aliud deniqȝ inutili atqȝ inofficioſo iureiurando nominem⁹ Ita ꝑ mea ſumma erga mariam dñaȝ meam beniuolẽtia maxime vellẽ vt remi publicis ludis pernicioſis nunq̃ȝ vterent: ſed poti⁹ ipſam animi remiſſionẽ/ludũqȝ ita applicarẽt: vt in pratulis (vbi multiplices floſculi eſſent/ vbi varie darent vmbrã arbuſcule/vbi voluptuoſe reſonarẽt auicule/vbi eẽnt in ſaxulis fonticuli/ex quib⁹ riuuli in gramina effluerẽ) ad marie laudẽ cãtilenas dicerẽt

aut cytharis/aut organis/aut barbitis/ aut fiſtulis
luderet. Nā ego nō me ſolū: ſed eos quoq; quib⁹ cū
magna cōiūctus ſum charitate: marie deſidero pla
cere/nobilitatis atq; v̾tutis magnitudine p̄dite. At
q; vt iā ad reliquas laudes veniam (quas nō mō ab
hoīb⁹ verūetiā ab āgelis adeo dignas exprimi ſen
tio) tāta profecto eſt oblectatio in ipa illa v̾gine: vt
michi quidē nichil hoīm aut aurib⁹ aut mētib⁹ iocū
dius (ſi modo a deo diſceſſerim) ꝑcipi poſſe videat̾.
Nā quū chriſtū offendim⁹ regē florētiſſimū atq; po
tētiſſimū: nos equidē perſpicuū eſt ꝑ mariam tāto
principi recōciliari. Ut theophilus quū ſeſe vendi=
diſſet dyabolo/atq; tradidiſſet: cū xp̄o rediit in gra
tiā auxilio marie potētis regine. Nōne maria xp̄m
peperit: q̄ ſuo ſanguine redemit gen⁹ hoīm calami
toſum? Quid maria illuſtrius? q̄ cū egerit vitā oīm
ſanctiſſimā: optimo mūdū exēplo magnopere illu=
minat? Quid maria dulcius? ex qua chriſt⁹ nat⁹ eſt
cuius merito hoīes ad illud diuinū lumē accedunt.
Quid maria hoībus felicius? Ipſa enī hoīes orōni
bus adiuuat: ⁊ illis ꝯtra demones/vicioꝝq; multi=
tudinē opitulat̾: de qua p̄clare ſcriptū ē a ſalomone
Que eſt iſta que ꝓgreditur quaſi aurora cōſurgēs:
pulchra vt luna/electa vt ſol/terribilis vt caſtroꝝ
acies ordinata? Eſt virgo ī quā lōge oīm p̄ſtātiſſima
(que ieſum chriſtū principem oīm peperit) maria:
cui ꝓfecto qui placuerit: beatū illū atq; iterꝫ beatū

fore ſentio. Tanta eñ eſt illi⁹ pietatis magnitudo: vt quos amore cõplectit᷑ / non eos deſtituat. neq₃ vero patiatur: vt quam habitat patria illos priuari videat. Ac ſi nos quidẽ cogitationes noſtras ad mariam dirigam⁹: nõ modo nullũ pcti gen⁹ in ea repe riem⁹ / ſ₃ etiam virtutes ei⁹ plurimas atq₃ copioſas vehemẽter admirabimur. ex q̃bus nõ ſolũ maximã capiemus voluptatẽ: ſed ad optimas quoq₃ vite ac tões egregie incitabimur. Nũ q̃ſpiã michi quidẽ aut ſupbiam aut negligentiã / aut ingluuiẽ / aut libidinẽ / aut ĩpatientiã / aut ĩuidiã / aut auariciã / aut aliud mali gen⁹ ꝓmet ĩ maria ſeſe offendiſſe: atq₃ ille nõ mentiet᷑: Quis matrẽ chriſti vituperare audebit: Quis dominam celi maculatam eſſe non negabit: Quis ad hoc tanta mouebit᷑ temeritate: vt mariã nõ ſemper abhorruiſſe a pctis arbitrabitur: Nẽpe ſi quiſ q̃ eſſet q̃ tam nefaria duceret᷑ audacia: non tm̃ mẽdacem eũ dicerẽ: ſed multo etiã flagicioſiſſimũ hoiem ac perditiſſimũ atq₃ etiã ſumma rephenſione ſũmo pere dignũ: atq₃ ab hũano ẽt genere explodenð atq₃ eijciẽdũ. Quũ igit᷑ vitã marie cogitarem (q̃ michi videtur feminarũ oĩm / virtute / exiſtimatõe / nobilitate facile pꝛĩceps) equidẽ illã a femis noſtre etatis lõge diuerſa₃ fuiſſe videbã. Nam dũ in mũdo vitam ageret: nũ pãnis et pellib⁹ p̃cioſis (queãdmodũ iſte muliercule etatis nr̃e) vtebat᷑: ſ₃ ne ſib: quið ita eſſe faciẽdũ exiſtimabat. Sed dũ in hac vita etiam

eſt

tāta erat ipſius humilitatis: vt quāq̄ auditis gabrie
lis verbis/ſe matrem chriſti fore putaret: tñ neq̧ ſe
preſtātiſſimā eſſe virginē (id qđ eſt memoratu maxi
me dignū) reſpōdit: ſed inquit/ecce ancilla dñi: fiat
michi ſcđm verbū tuū. Quid maria dulcius? Quid
maria v̄gine amabilius? Ex hoc etiā videri poteſt:
q̄ quāuis ex nobiliſſima eſſet/atq̧ etiā multo excel
lētiſſima familia: tamē nec veſtimētis nobiliū/neq̧
ornamētis ceteris vteret̄/qđ quidē facere potuiſſet
verū id qđ ad ſummā ꝑtinet humilitatē: tunica leui
corpus ſuū operiret. Etenim ſplēdorē illū incredi=
bilē (qui ante oculos hoīm verſaret̄) eundē animo
retinebat: neq̧ ſolū parentibus ſuis q̄optimis ſed
deo etiā morē oīno gerebat: ſaluatori potētiſſimo
atq̧ ſapiētiſſimo. Quid multa? Nichil ſane p̄termi
ſit: qđ ſpectaret ad maximā animi claritatē. Quis
enī illā iure vehemēter laudādā nō diceret? Quis
nō eā arbitraret̄: vehemētiſſimo ſummi regis atq̧
humani generis amore dignā? Quapropter ſūmā
humilitatē marie ꝓponēdā nobis cenſemus. quā ſi
diligētiſſime imitemur: equidē nō ſolū velocis mū
di laqueis (quos quidē īnumerabiles videmus) ne
quaq̄ irretiemur: ſz plurimas quoq̧ virtutes/atq̧
infinitū celi ſplēdorē conſequemur. Sed nos ad ce
teras marie virtutes pergamus. Equidē illam vir=
ginū facile principē cōſtat fuiſſe diligentiſſimā: que
quū humana frueretur vita: longas patiebatur vi=

gilias vt deo placeret: maneq̃ ſurgebat bonarum cauſa actionũ. quod erat maxime diligentie/ quod etiam eſt flagrãtiore digniſſimũ imitatiõe. Etenim deũ orabat patrem optimũ/ ſed nõ pauliſper. atq̃ vt tempus ſuũ in bonis rebus conſumeret: tũ in meditationibus optimis/ tum etiam in orationibus ardentiſſimis noctes ⁊ dies verſabatur. Quãq̃ autẽ non vllis rectarum actionũ intermiſſionibus vteretur: tamẽ in tãtis ⁊ corporis ⁊ animi exercitatiõib⁹ nullo nũq̃ afficiebatur faſtidio. Nichil ſane a deo ꝓhibitũ: q̃ acerrima diligẽtia nõ cauerit. nichil etiã edictũ: quod ſingulari induſtria nõ expleuerit. Quãobrẽ ſi me quiſpiã ↄſulat: quo modo poterit ⁊ bene beateq̃ viuere/ ⁊ ſempiternã adipiſci gloriã: hoc referat a me cõſiliũ vt preclariſſimã ſtellã mariã ante oculos hominũ poſitã magnopere cõſectetur. qm̃ (vt ait glorioſus ille preco bernardus) maria eſt ꝑclara atq̃ eximia ſtella: ſuper hoc mare ſpacioſum neceſſario ſubleuata/ micans meritis/ illuſtrãs exẽplis. cui⁹ a fulgore ne oculos quidem eius oportet dimoueri: qui fluctuet magis in tẽpeſtatibus ſeculi q̃ per terram inambulet: ſi nõ velit obrui procellis Nũc ad ſobrietatẽ marie trãſeamus. Nam dũ moderationẽ illius inſignis virginis cogito: vehemẽtius admirari/ nedũ delectari ſoleo. Que enim mulier aut virgo vnq̃ potuit ad incredibilẽ marie tẽperantiã ꝑuenire? Quid cibo fuit ⁊ marie poculo mo

derati⁹: Que femina potuit īueniri: cui nō ieiunijs maria preſtiterit: Quid autē admirabilius: q̄ſ ſingularis continētia tāte virginis: Quid aūt honorificētius: q̄ſ mirifica ſobrietas illi⁹: Quid eſt qō magis marie diſcrepet: q̄ nostre etatis femine: Jlla enim a voluptatibus ſeſe continuit: he autem ꝛ cibo voluptuoſo/et precioſo vino plurimum delectantur. Cui temperantiā marie nō preferam: Cui nunc admirāda iure non videatur: Quis nō aſſeret illam magnifica predicatōne dignam: Utinam mirificū domine mee ſplendorē non ſolum aſſiduis cogitationibus michi ꝓponē: ſꝫ crebris etiā exercitatōib⁹ (quantuꝫ potero) cōſecter. Utinā īpedimenti hoc michi tanta virtus afferat: vt ad diuerſoria (vbi ſunt ꝛ taxilli/et blaſphemia/ꝛ ingluuies) ne me quidē cū hoībus ꝯferā. Si hoīes nos cōſulerent: hortaremur vt nō modo voluptates relinquerēt: veꝝ etiā quantū poſſent/diuinā marie ſobrietatem cōpararent Non em̄ eſt michi dubium quin deo maximo placerēt/ꝛ perniciem cauerēt ſuam. Nunc ad virginitatē illius ſermonem meū trāſfero. Et ſi maria xp̄m regem oīm peperit tn̄ nunq̄ſ michi fuit dubiū quin virginitateꝫ ſeruarit quandiu ip̄a vixerit: qō ſumma michi admiratione dignū videt. Quid em̄ admirabilius: q̄ feminā filium peperiſſe/atqꝫ incredibilem virginitatē non perdidiſſe: Neqꝫ vero eccleſia ī hac ꝑmaneret ſētētia: vt mariā crederet v̄ginitatē an̄ ꝑtū/in partu

poſt etiā partū ſemp habuiſſe: niſi res ita ſeſe haberet. Illa eñ labi in errorē nō pōt. Quattuor autē reperio genera v̄ginū: ex q̄bus tria ſi caſte volum⁹ viuere: nobis oīno cauēda eſſe puto. Unū gen⁹ ē eaꝝ que quāq̄ꝫ artus ſuos attigi non ſinūt: tamen vtunt̄ et ſordidis cogitationibus/atq ꝫ crebris: ⁊ iſtis ipſis illuſionibus magnopere delectantur/atqꝫ irretiūt̄. Alterum autē eſt eaꝝ que quū homines in ſermonibus quotidianis turpiter loquuntur aut in conuiuiis/aut poſt cenam in pratulis: non illos modo libētiſſime audiūt: verū etiā riſu maximo ꝯmouētur. queqꝫ etiā ſi corporibus ſuis abuti nō velint q̄ꝫ verba hoīm ꝯtimeāt: tamē quū viros viderint ſumma pulchritudine p̄ditos: diu illos ꝯtē plant̄/atqꝫ ī diuturna etiā delectatiōe cōmorant̄. Tertiū genus eſt earū quas hominū impedit pudor. vt eo venire nō audeant: quo naturali quodā īpetu trahunt̄. Uerū tamē illas nō rep̄hēſione ſolū/ſed etiā pena dignes puto q̄ꝫ plenis ſtomachis colloquant̄ cū viris ī hortulis: ⁊ potius meretrices videātur/q̄ꝫ v̄gines. Uarios enī viris offerūt floſculos: neqꝫ ſe oſculari/neqꝫ manibus leuiſſimis tractari: moleſte ferunt. In iſtis generibus maria nō adiicit̄. Qui aliter ſenſerit grauiſſimū ī errorē īciderit. Uoluit enī xp̄s habere matrē: et ab oībus viciis alienā/ et oībus virtutib⁹ locupletē. Poſtremū autē eſt virginū. que ītegritatē ⁊ corporis ⁊ animi ſumma diligētia/ſummaqꝫ in

duſtria tuenť. Neq; vero tãtum hoc magnifico ſplē
doꝛe: verum etiam īſigni humilitate floꝛēt. Que ſe
plurimis ieiunijs macerāt/ que eū vite curſuz tene-
rent: vt in oꝛōibus aſſiduis/ atq; crebꝛis contēpla-
tionib⁹ noctes q; dies q; verſenť/ neq; rē turpez au
diāt/ aut loquanť /neq; capiāt illā ex aſpectibus ho
minū voluptatē: neq; a viris tangi/ aut oſculari pa
tianť/ neq; animuz deniq; ad cogitandos hoīes ver
tant. Iſte vero mundū oīo aſpernantur/ deo autez
maxime parent/ quē ſumme timent/ et amāt. Verū
tamē eiuſmodi ſunt virgines: vt ijs ipſis maria lon
ge ante ferri debeat. Non enim vllius femine caſti
tas eſt cum incredibili eius virginitate cōparanda.
Ea pꝛofecto maioꝛ ē/ q̄ ſatis a me dilucidari poteſt.
O virginitatē ſummis oꝛōibus decoꝛandā. O ſplē-
doꝛem carminib⁹ maximis efferendū. O virtutē oī
pꝛedicatōe magnopere dignā: Me ne o dña in tāta
p'gritia vitā agere: vt tuū ſplendoꝛē oꝛōib⁹: aut nu-
meris nō inſerā? O me beatū: ſi tuam ipſius gliam
ſpire non deſinā. O me miſeꝝ: ſi declarationē ne-
gligā laudū tuaꝝ. Nec me latinos vidiſſe penitebit
quū tuā o dña claritatē oculis hoīm ſubijciā. Sed
me quidē per q̄ felicē arbitraboꝛ: ſi tuz ego quū op
tatiſſimā eloquētiaz ꝓpter te ſummis laboꝛib⁹ ſum
mis q; ſtudijs adept⁹ ero: v̄ginitatē tuā mirificā/ ce
teras q; virtutes quamplurimas ſingulis nationi-
bus aperiam. Ac ne me quidem penitet: ſi quidem

ad pertractandas hominuz cauſas animū ipſe non appulerim: ſed marſupio neglecto ad ſcribendā do mine gloriam libenter me dederim. Quid eñ cauſarum actione periculoſius? Quid marie laudatōe tutius? Nunqd ꝯtrouerſie forenſes ad colēdū deuz hoīem reddūt maxime lentū? Nūqd marie laudes ſuos conditores efficiunt: et ad cauenda vicia / ꝛ ad sectādas virtutes / flagrātiores? Quāobrē ſapiēter cauſidici facerent (michi credant) ſi forenſibus reb⁹ nō tātū opere darēt: in laudibus aūt ſuauiſſimis marie aliquā tēporis ptē cōſumerēt. Michi autem ad illius pacientiam proficiſcendum eſſe videt̄. Uehemēter admirari ſoleo ꝙ nichil nobiliſſime v̄gini marie defuit: qđ ad ſingularē pertinere atq̧ incredibilē paciētiā videat̄. Quāta autē fuerit illius paciētia: ex recordatōe illoꝝ temporum maxime videri poteſt: quibus ob pditiſſimū chriſti inimicū fugeret in egiptum / filiūq̧ ſuum torqueri cerneret hominē longe oīm formoſiſſimū atq̧ ſapiētiſſimuz. Quāq̧ eñ magno timore afficeret̄: puerulūq̧ ſuū perꝙ teneꝝ trāſportaret / cū viro ſuo p loca multo aſperrīa ꝓficiſcens in patriā lōginquā ꝛ alienā: quū ꝛ tenerrima eſſet / et pauperrima / ꝛ etate florētiſſima: tñ neq̧ deo patri magnifico ſuccēſebat qui nō eiuſmodi hoīm calamitatē īpediſſet neq̧ mali quicꝙ acerrīo deſiderabat īimico: qui xp̄m ex ea natuz trucidandi cauſa peteret. Sꝫ oīa propter deum equo aīo fere-

bat. Eq̇dē nō dici pot eſt: ꝙ graui etiā dolore afficere-
ret: quū xp̄m (quē dilexit ex oīb⁹ plurimū) videret
capite ſpinis cōfoſſo/ facie ꝑquā maculata/ brachiis
aūt diſtractis/ pedib⁹ ⁊ palmis ferro obleſis q̇ oē de
niqꝫ corporis mēbrū qd̓ vtero illa geſſerat/ qd̓ ardē-
tiſſime illa educauerat/ ꝓ genere hūano id vltro ob
tuliſſet. Tamē quū maximis eſſet atqꝫ īnūeris v̓tu-
tib⁹ decorata: ꝓpt̄ deū creatorē clemētiſſimū oīa ꝑ
ferebat. Sane michi nūꝗ̄ fuit dubiū: q̇n dolor ma-
rie matris xp̄i/ oē martyriū ſupauerit. O cruciatus
maximos. O paciētiā ſingularē. O amorē eximiū.
Quis poteſt ſine lachrymis ītueri tā vehemētē ma
rie dolorē? Si recordatiōe calamitatis famule nr̄e
dolemus: multo magis dolere debem⁹ quū grauiſ-
ſimā dn̄e noſtre afflictionē cogitam⁹ Quare nobis
quidē cēſeo ꝓpter īſignē hoīm reginā magnopere
dolēdū atqꝫ lachrymādū. Neqꝫ vero cauſidici iuſta
neqꝫ etiā idonea poterūt excuſatiōe vti: ſi tātā forē
ſiū rerū multitudinē ſe ipſos habere ferāt: vt neqꝫ
in cogitādo: neqꝫ in dolore marie lachrymādo ver
ſari nō poſſint. Ipi enī ad ludēdū vel fruct⁹ cauſa vl̓
delectatiōis: ſtudiū ſuū cōferūt. Cur igit̄ maximas
doloꝝ moles ante ſuos nō ſtatuēt oculos: vt ex tā
optima recordatione ⁊ memoria madeſcāt fletib⁹?
Hoc meū eſt quidē conſiliū: vt nō modo mirificam
marie amaritudinē graui mēte reuoluam⁹: ſed etiā
vt eximiā eius ipſi⁹ patientiā (quātū poſſumus ipi)

asſequamur. Nā ſi grauiſſimā/et ſanctiſſimā virginē
illam ſequamur ducē. nūq̄ oberrabimus. Quū igi-
tur videam ⁊ corporis marie pulchritudinē/et ipſi⁹
animi excellētiā ⁊ dignitatis magnitudinē: ego illā
tanti eſſe putem vt quū duas res ꝓpter eam/tū etiā
ꝓpter deū maxime expetere debeam. Unā vt hoc
meū ipſum opuſculū (in quo etiā ſumma cōtinetur
marie patientia) minime impediatur peruulgari: ſi
cuti canticū illud quod beato nycolao texuerā. qđ
ſi quidē potero (ſpero tamē poſſe) nō illo ſolum in
ſacro in quo quidē ſummopere deſiderabā: verū in
aliis etiā plurimis cōcinetur locis. vt ſi ſanctiſſimo
nycolao nō poſſim dignas ꝑſoluere gratias aliquā
tamē ꝓ maximis eius erga me meritis referā. Alte
ra eſt hec (que ad id qđ cupio adipiſcēdum/maxime
neceſſaria eſt): vt ⁊ illud ciceronis os aureū/⁊ ſapiē
tiam michi cōparē quo magis incredibilē marie pa
tiētiā ceteraſqȝ virtutes admirabiles: tū lingua tū
ſcriptis exprimere poſſim. Sed qm̄ tu digna es o
dn̄a pluſqȝ dici poteſt tū honore tū glīa: idcirco ſi-
ue illud mirificū ciceronis flumē exhauriā/ſiue pau
lo minore ornamēto decorabor/ſiue ī iis cunabulis
(quib⁹ nūc recubo) ꝑmanebo: quāta cūqȝ erit mea
facūdia: ego q̄dē vſqȝ ad extremū ſpiritū tāq̄ ꝓco:
tuas laudes ꝑuulgabo. Nūc aūt ad pietatē reuerta
mur. Quū aūt maria ſub ſole vitā duceret: ſane cō-
ſtat eā illū animi ſplēdorē pulcherrimū habuiſſe/vt

optimarũ more feminarũ: nõ modo de bonis ho-
minũ vehementi gaudio/ſed etiã de calamitate do
lore plurimo afficeret. Neq₃ vero mirãdũ eſt: cũ et
ab omni abeſſet vicio/ꝛ omni virtutis genere flore
ret. Permirũ michi quidẽ videret: ſi maria parẽs
chriſti ſanctiſſima oĩm femina aut animũ inuidia ſe
datũ habuiſſet/aut ab egregio pietatis ſplẽdore de
ſtitutũ. Michi aũt nunq̃₃ dubiũ fuit: quin plurime
antea fuiſſent q̃ deo ſumma pietatis ꝓſtãtia multũ
placuerint: ſed tñ illa virtute/maria lõge oĩbus pre
ſtitit. Credim⁹ neq₃ vllã eſſe quã maria/ claritate il
la non ſuperet: neq₃ vllã fore que tã ſtudioſa futura
ſit vt equalẽ pietatis magnitudinẽ conſequat. Igit
marie ſumma laus debet. Sed ea eſt illius erga ge
nus humanũ pietas: vt hoĩes deo recõciliet/iiſq₃
oĩbus qui auxiliũ eius ipſius efflagitãt opituletur.
Hec ego his antea verſib⁹ ſcripſerã: quos neq₃ me
vt oſtentẽ: ſed vti meã dñam magis laudẽ afferam
Cõciliss hoĩem dño: quẽ turbidus hoſtis diſpulit
in vaſtũ perditionis iter. Tu das auxilium cunctis
poſcẽtibus ipſa. Siue ſolo maneãt/equora ſiue le-
gant. Itaq₃ maria quũ lapſis hoĩbus ꝛ calamitoſis
opẽ ferat: nobili cuidã mulieri (que ſimul ac pueru
lum ſuũ interemiſſet: apud regẽ fuerat accuſata ab
ĩmũdo ſpũ ꝛ ſupbo) admodũ fuit opitulata. Nam
rome quidã diues erat (vt memorie ꝓditũ eſt) vir
et nobilis/ꝛ moribus bonis ꝓditus: qui quũ filij ha

bendi cauſa deū patrē optimū cuz vxore precatꝰ eſt
id tandē qđ maxio q̄dē deſiderio petiuerat adeptꝰ
eſt. Poſtea vero ſingulari erga deū amore inflāma
tus: relicta cōiuge in alienā regionē ſe q̄dem bone
vite ducēde cauſa contulit. Interea quū ī adoleſcē-
tiam filius pueniſſet: nō modo āplexibus et oſculis
vtebaṫ mater veꝝ etiā eodē in lectulo mollē ſomnū
inibat cū filio. Et īſtigāte tādē diabolo/ ex eo cōce-
pit ꝓlē Quid multa? Uir eā mulier peperat: cū par
tum arripiēs extīxerit/ ⁊ in ſordidiſſimū ꝓcipitaue-
rit locū. Quāobrem mulierē illā que ātea ſctāz age-
bat vitā (poſteaq̄ clerici ornatū ſpūs īmundꝰ ſump
ſiſſet ita vt clericꝰ videreṫ/ ⁊ romā veniſſet/ neqꝫ in-
troire ī curiā dubitaſſet. rogatꝰ aūt q̄ſnam eēt: et ſe
clericū eē litteris īſtructiſſimū rn̄diſſet/ in q̄ſtionibꝰ
ſoluēdis ⁊ in ſecretis apiendis oīm principē ac ma-
giſtrū) emiſſis etiā v̇bis alijs hāc apud regē corā po
pulo accuſauit. Rex aūt cū famulos iuſſiſſet vt illā
honorifice ītroduceret: quūqꝫ illā ſedere ad latꝰ fe-
ciſſet: ſilencio ꝯſecuto nō te latet inq̄t noui fama va
tis: quē deꝰ in ſalutē roma ne gētis excitauerit: qui
te quidē (id qđ nobis dolorē attulit) grauiꝰ accuſat:
ſʒ ꝯtra te dicit teſtiōnia nobis ne ſatis q̄dem ꝓbabi
lia. Ipſa ergo ꝯfitere ſi quid pctī feceris: aut purga
temetipaz ab obiecto crimīe. Tū mulier ita reſpon
diſſe ferṫ vt qm̄ grauiſſimā eſſe cauſaz: ⁊ ſapiētē de-
cere/ nil ſine ꝯſilio fieri oportere diceret. neqꝫ ſe tu-

tā eſſe: ſi q̄dē apud regē ⁊ ꝓceres ſine ꝯſilij patroci
nio allegatoib⁹ tueret̄: certū diē īpetrauit: quo q̄dē
reſpōſura ī iudiciū reuerteret̄. Interī de pctō dolo
re nouo lachrimiſqꝫ nō vacauit. habitoqꝫ ꝯſilio/ et
ad celū manib⁹ paſſis/ corde aūt vehement̄ itēto la
chrimā orauit mariā dulciſſimā celi reginā: vt ꝑ eaꝫ
tū a moleſtia aduerſarij: tū ēt a ꝯfuſiōe poplī libera
ret̄. Illa q̄dē cū familiarib⁹ ad diē ſtatutū venit ī curiā
poſt aūt ab rege honorifice ⁊ a pplo recepta: ſedit ī
mediū/ facta oīb⁹ ſpectaculū. Itaqꝫ labris oīū pſſis/
aurib⁹qꝫ ad audiēdū itētis clerico rex īq̄t Ecce quā
īcuſaſti: pſto dn̄a ē. narrato: ſi q̄d habes. At v̄o ille
quū feīaꝫ ītuit⁹/ atqꝫ admirat⁹ fuiſſet: reuera nō ipa
īq̄t ē q̄ ātea erat: ſꝫ alia. q̄ppe cū ſit ꝑ gr̄aꝫ ſpūs ſcī ab
alienata. Quū aūt īſtarēt oēs vt loq̄ret̄: nō ē īq̄t hec
illa īceſtuoſa atqꝫ homicida quā ipe accuſauerā Hec
ē eni ſcā/ hec ſpecioſa īt̄ filias hirl̄m Hec ē q̄ aſcēdit
de deſerto ī delitiis affluens/ ī nixa ſup dilectū ſuū.
Maria mr̄ ieſu (id qd̄ dicē timeo/ atqꝫ tacē n̄ poſſū)
huic aſſiſtit/ hancqꝫ fouet/ ⁊ cuſtodit. Sꝫ q̄d op⁹ eſt
v̄bis: Ad vocē illā ſtupefacti fuerunt oēs: ac ſigno
crucis frōtes munierūt. Diabol⁹ aūt quū tāti v̄tutē
ſigni ferre nō potuiſſet: ex hoīm ocl̄is q̄ſi fum⁹ eua
nuit. Quāobrē oīs popul⁹ gaudio ꝑmot⁹ gr̄as egit
marie āgloꝝ atqꝫ hoīꝫ regie: mulier aūt nō mō gra
uiſſima iudicij pena fuit liberata: veꝝ etiā magnū in
pplo nomē ⁊ gl̄iaꝫ adepta ē. O pietatē ſinglārē: tū

dina ciceronis eloq̄ntia/tū homericis carminib⁹ p̄stā
tissimis decorādā O admirabile p̄sidiū: sīglis natōi
b⁹ maximis līguis p̄dicandū. O matrē p̄cipua gn̄is
hūani obseruātia sūmope dignā O reginā ⁊ ī mole
stiis ⁊ ī p̄iclīs maxie īplorādā Sȝ q̄s ad dīȝ tā īcredi
bilē marie bonitatē sic poterit referre: vt neq̄ȝ amo
re afficiet̄ nouo/neq̄ȝ veterē erga illā ipam augebit
charitatē: Quis enī ē q̄ dū marie suis actōib⁹ place
ret: nulliū ex ea bn̄ficiū asseq̄ret̄: Quis tā egregio ꝓ
pugnat⁹ ē marie auxilio: ⁊ ex p̄iclo nō elapsus est:
Si q̄spiā michi q̄reret/maria q̄dnā esset: reginā esse
dicerē q̄ sane ipm hoīeȝ oīb⁹ īsidiis/ oīb⁹ periculis/
oīb⁹ calamitatib⁹ liberet: cui⁹ etiā adiumēto hoīes
nō tantū in vita hilaritatē sibi cōpa̲rent: sed tutos
etiā ocio̲re cursu petāt celites. Ac michi q̄dē cogitā
ti nō solū q̄ magna pietate maria floreret: verūetiā
q̄ȝ mirificis deuict⁹ essem eius erga me meritis: nō
dubiū fuit q̄n hoc ꝓbare deberē vt etiā si sanguinē
ꝓ illa effunderē: tū ne villā quidem p̄tem meritoꝝ
eius erga me cōsequi possem. Quare si me celestis
regine p̄conem feceri nō est quidē mirandū: p̄serti
quū eo me scelus q̄dā nefariū vitatuꝝ: ac deo regi
magnifico placituꝝ arbitrarer. Ego v̄o vehement̄
gaudeo q̄ michi tot ānos sp̄ūs mā̄serit: vt dn̄e mee
laudes maximas/atq̄ȝ īnūerabiles oratiōe explica=
re potueri Sȝ multo maiore afficiar gaudio: postq̄
amore in eam prestantiore īflammat⁹: illam ipsam

grauioꝛe oꝛatōe extulero. Tāta ē enī illi⁹ dignitas et vſq₃ eo de me ipo merita: vt ſi ſummo atq₃ icredibili amoꝛe adduct⁹ illā incredibiliter laudarē: ſatis michi facere nō viderer. Quāobrē michi qdē viuēdū ita eſſe arbitroꝛ: vt quecūq₃ me terre vocarit: nō patiar aut hoīm negociis/aut ciuitatū me nimiū teneri: vt quādiu ipſo ſpiritu mouebor/ meā illā dn̄az laudē/vt eximia liberalitate ſummaq₃ pietate locuplete reginā oīm honoꝛē vt egregiā ieſu xp̄i parētē (que generis hūani pſidiū vocať) amem. Sed liberalitatē illi⁹ mōſtrem⁹. Quo magis mariā (cui ſumma quidē ineſt prudētia) mēte reuoluo: eo me maioꝛ admiratio tenet: nō ſolū q̄ eā ī vita cetas v̄tutes illuſtres adeptā fuiſſe: ſed q̄ etiā (id qd̄ ſocietatem maxime ꝯciliat hoīm) animaduerto maximā fuiſſe liberalitatē cōſecutā. Num tecta ⁊ poſſeſſiones oꝛbis in vita: Num aurū ⁊ gēmas ⁊ argentum: Num muliebꝛia oꝛnamēta: Nū pateras delicata nobiliū pocula: Nū pcioſos oꝛnat⁹ domoꝝ: Nū delectabilia mēſarū tegmina: Nū q̄ppiā ad auariciam ꝯparauit: Nū aliqd̄ deniq₃ cōtra legē dei cupiuit: Quiſnā ergo ꝓferet mariā (quū in mūdo eſſet) in auariciā incidiſſe: Tātū abfuit a cupiditate maria: vt nichil p̄ter deū cupiditati magis contrariū fuiſſe/michi videať. Fuit ne aliqua femina: que dum in vita amoꝛe dei flagraret cupiditate eſſet vnq̄ affecta: Que enī charitate dei afficiť: ea ꝓfecto id quod eſt illi empy

reo principi odio/non poſſidet. Sed nũquid maria ſemp in deũ inſignẽ habuit charitatẽ: Ipſa eni illiꝰ patris volũtatẽ diligentiſſime expleuit. Quare mariã conſtat facile oĩm virginũ principẽ: nũq̃ in cupiditatẽ lapſam fuiſſe. Et ſi honeſtũ (quod rectũ etiã appellat) nõ ſit cũ vlla turpitudine cõiũctũ. maria autem (quũ ſolo ſpiritu moueretur) ſplẽdore honeſtatis illuſtrata ſemp eſſet: perſpicuũ eſt mariam nichil ꝓdigalitatis vnq̃ habuiſſe. Permirũ autẽ eſſet ſi maria (quã totã eſſe pulchram confitemur) aut in auariciã/aut in ꝓdigalitatẽ cecidiſſet. Ut vero ad rẽ veniamꝰ: quid fuit vnq̃ maria liberalius: Nõne maxime decuit dũ xpi mater ĩter mortales viueret: vt liberalitate ſingulari floreret: Si ãgelus mariã ſic fuit affatus vt eã gratie plenã diceret: quid eſt qđ de ſumma illius benignitate dubitemus: Nõne ſuã pauperibus pecuniã largita eſt: Quẽ vidit vnq̃ in egeſtate: cui ꝓ facultate nõ tulit opẽ: Quem norit pauperẽ: cui quidẽ ſi nõ potuit auxiliari/non aliq̃d boni expetierit quo eſſe poſſet auxilio calamitati: Quiſnã ergo michi negare audebit mariã ſumma fuiſſe liberalitate p̃ditã: Nemini ꝓfecto crẽdũ eſt quin maria oĩbus aliis beneficẽtia p̃ſtiterit. Quam obrẽ diſcite põtifices dũ habetis añ oculos exẽplũ ſed ita vt neq; pecuniã vobis ad auariciã aggeretis ſed ꝯtẽti ſitis rebꝰ modicis. neq; vos ſi quãdo copiã rerũ adepti eritis: ꝓdigalitatẽ nefariã ꝯſequamini.

Quid eñ prodeſt pecuniã poſſidere recõditã/ ꝛ de
licatas ad bibendũ habere pateras: et horrea fru=
menti longe abundantiſſima: et caueas vario refer
tas vino? Aut q̃d prodeſt alere canes ad venandũ:
educare volucres ad p̃dandũ: enutrire famulos ad
fugãdũ: conſumere nũmos ad explẽdũ ipſius aĩ de
ſideriũ: p̃ſertim ſi pauperes ĩtolerabili egeſtate la=
borare videatis: Nolite vos aut paupib⁹ abnuere
victũ: aut voluptuoſe illoꝝ ꝯterere p̃rimoniũ. Ad
mariã diligẽtes oculos attollite. Ad mariã intimũ
aĩ ardorẽ trãſmittite. Ad exẽplũ marie liberalẽ vitã
ducite: cui⁹ ego elatione tãto pe delector (ita ſuauiſ
ſima ẽ ei⁹ ipſius recordatio et mẽoria) vt nichil eſſe
ſub ſole videat̃: q̃d michi voluptatis tm̃ afferre poſ
ſit. Utinã remẽſes mariã imitarẽt̃ Nũ veta illa euẽ=
ta ludibria fortune defenderẽt: Nũ ſibi ꝯduplicarẽt
tabulis pecuniã pictis: Num ſua p̃derẽt in ludis pa
trimonia: Nũ blaſphemãdo/ ĩiuriã deo facerẽt: Nũ
iraſcendo/ miſeranda xp̃i vulnera noĩarent: Michi
quidem ſi crediderint calamitatẽ ludoſq; cauebunt
Non eñ ſapientibus viris dubiũ eſt niſi mala deſe=
rãt: qui ſuppliciorꝝ eternitatẽ aſſequent̃. Neq; vero
mirent̃ ſi ſepenumero accidere hec videant: vt ma=
lis crucient̃ et acerbis fructibus/ vt meſſem modicã
habeant et vuaꝝ paucitatẽ/ vt p quã magno peſtis ĩ
peta emoriant̃: quũ eiuſmodi ſcelera (q̃ deo ſunt et
v̄gini marie odio) ꝯſectẽt̃. Nũc reliquas marie lau=

des exponam⁹. Quāuis maria vitā egerit ī mundo
quē et ꝑiculoſuȝ ⁊ flagicioꝝ multo abūdātiſſimū eē
ꝯſtet: tn̄ id accidit vt ſub ſole ꝙdiu fuerit/neceſſarias
aī virtutes( q̇b⁹ quidē ī nobiliſſimā ſummi ꝓncipis
ingredimur ciuitatē)nō ꝑdiderit. Semꝑ em̄ fuit ꝑ=
dita ⁊ fide ſūma/et ſpe maxīa/ et egregia charitate.
Qua ꝓpt̄ nichil eē ab etherea maieſtate vetitū qd̄ il
la nō fugerit: nichil vō edictū qd̄ libētiſſime nō exple
rit: poſſum⁹ dicere. Eq̇dē fuerūt ꝑmulte v̓gines vt
barbara/vt agnes/vt katherīa/vt xp̄ina/vt genoue
fa/et cete/q̄ ſpe eximia/q̄ fide ꝑfecta/q̄ charitate in
tima floruerūt. Sȝ nichil ad mariā. Michi aūt non
dubiū eſt: quī oīs etiā mulieres trib⁹ illis virtutibus
ſeparit. Proth celites ꝙ vehemēter deū amauit/ꝙ
flagrāter ad vidēdū illū/ aīm appulit ſuū: ꝙ ardēter
mirificiſſimas illius laudes enūciauit: ꝙ diligenter
ꝓpter eū ſeſe ieiuniis macerauit/ ⁊ vigiliis: ꝙ firmi
ter tanto p̄ncipi credidit quū eēt ī mūdo: ꝙ deniq̄
excellent̄ ī ip̄o illo ſpē ſalutis ſue collocauit Quam
obrē mariā oīm dn̄aȝ imitemur: dū ī hoc mari vola
m⁹ turbulentiſſimas īter tēpeſtates. ⁊ quib⁹ illa gra
dib⁹ aſcendit ī celū: iis conemur ī eaȝ ſpaȝ patriam
ꝑuenire. Quis enī vnq̄ mariam ſecut⁹ eſt ⁊ oberra
uit. Quis mariā imitat⁹ fuit et obiit⁹ eſt. Quis ad
ſimilitudinē illi⁹ vitam egit/ ⁊ diuine maieſtati non
placuit. Quis eū ( quē maria ) tenuit vite curſū: nec
fuit ſūmū illō bonū aſſecut⁹ Sapient̄ igit̄ agemus:

ſi hoc ipſo cōſilio vtemur. Sed nos ad inſtitutū no
ſtrū reuertamur Atqꝫ vt iā celeſtis regie aſſumptio
nē cū aduētu ꝑncipis nr̄i caroli octaui (quū ille in vr
bem pariſioꝝ īgrederet̄) ꝯferā: īgreſſ⁹ ille admira
bilis m̄ q̄dē videbat̄/ſi ob res terrenas vlla admira
tione teneri debeam⁹. Sꝫ multo michi admirabili
oꝛ videt̄ aduēt⁹ nr̄e regine: quū incredibilit̄ ad ꝑpe
tuā celeſtēqꝫ regiā erigeret̄ Quis eīm poeta tā miri
fic⁹/aut oꝛatoꝛ tā diu⁹ eē pōt: vt ꝑfectioneꝫ illā vel
carmīb⁹/vel oꝛōib⁹ ꝯplecti poſſit: Sꝫ quis aduētū
illū maximū nō arbitrabit̄ ſempit̄nis ꝑdicatōib⁹/et
litteris/monumētis qꝫ decoꝛandū: Quis etiā non
magnā ꝑcipiet ex cogitatōe aſſumptōis leticiā ⁊ vo
luptatē. qꝫ magno amoꝛe digna ē maria: Quā no
uis honoꝛib⁹ eſt afficiēda: Quā deniqꝫ excellēti lau
de digna: Sꝫ quanto gaudio/quātaqꝫ leticia cumu
lata erat maria: et qꝛ aſcēdebat in celum/et qꝛ ſapiē
tiſſimā ſpirituū multitudinem/filiūqꝫ ſuum videbat
Quā pulchꝛa/qꝫ foꝛmoſa/qꝫ mirifica eſſet nō dici pt
Quot āgeli ipaꝫ illā laudib⁹ extulerit: quot archā
geli honoꝛib⁹ afficerit. Quot cherubī exultatōem
habuerint/quot ſeraphī voluptatē ceperit/quot de
niqꝫ ſpūs magnitudineꝫ ei⁹ admirati fuerit quū ad
etherēā ꝑficiſceret̄ ciuitatē: quis memoꝛabit: Ne
mī ꝑfecto mirꝫ videri debet ſi tū erāt celites vniuer
ſi cū dn̄a: q̄ icredibilit̄ exultarēt Nā ⁊ ieſum xp̄m re
gē oīm pepera t: et adepta tūc erat ꝑpetuū atqꝫ cele

ſtem ꝑncipatū. Et michael int̄ea/o ꝙ pulchra ē (in=
quit) domina angeloꝝ. Nulla eñ viſa eſt nobis ex
filiabus hoīm: quaꝫ pulchritudine ipa nō ſuperet.
Quem noſtrum non delectet: Quem p̄terea nō au
geat leticia: Quis noſtrum tam egregium decorem
peruulgandum eſſe non ſentiat: O pulchritudineꝫ
ineffabilem. Tum gabriel inquit. et ſi complures fe
mine plurimis virtutibus et maximis floruerint nō
tamen vllam fuiſſe arbitremur cui tantum fuerit vn
ꝙꝫ virtutis: quantum regine celitum nunc eſt tribu=
endum. Sed que fuit preterea tot luminibus ani=
mi decorata. Que etiam preter illam peccatis ſem=
per vocauit: O quam digna eſt celigenū regina. Ip
ſa enim chriſtum dei filiū ⁊ peperit ⁊ lactauit. Poſt
autem raphael: que eſt iſta inquit que deſertis mor
talium habitaculis tam glorioſe aſcendit in celum.
Nunq̄d virgo ꝑpetua. Nūquid mater florētiſſima
regis maximi. Nunquid hoīm atqꝫ celigenū in pri
mis nobilis regina. Nunq̄d inumerabiliū mirifica
ſuauitatis celitū: Nunq̄d fructuoſa grauiū moleſti=
aꝝ conſolatrix: Nūquid magnificū generis hūani
ꝓpugnaculū. At qm̄ ſummā laudādi oportunitatē
habemus. atqꝫ etiam inſtituim⁹ non ſolum ea que
ad mirificiſſimā celeſtis regine aſſūptionē ꝑtinerēt
dicere: ſed que illi etiā egregie tribui poſſe viderēt.
priuſꝙ argumētis rōibuſqꝫ migratōeꝫ illam aperie
m⁹: de beatitudine illi⁹ regine breuius ꝙ dici poteſt

dicemus. Ego vero mariam antea. tum propter innumerabiles maximaſq; virtutes/tum ꝓpter ſingularem eiꝰ ipſius dignitatem vehementer admirabar Nunc autem plurimū admirari ſoleo ꝙ incredibilē felicitatē fuit aſſecuta q̄ michi q̄dē videt̄ eos magno pe q̄ eā ꝯtēplant/mariam in admiratōez traducere Nam poſtq̄ maria mater chriſti (id quod oīm hominū cōmune eſt) vita deceſſiſſet: perfecta eſt in celum (vt nuper a me dictū eſt) plurimo angeloꝝ comitatu circūſepta ī quo quidē regno magnificētiſſimam ꝑpetuāq; ſedē ſupra celigenas oēs adepta eſt. Sed quanta ſit in deū eiꝰ ipſius dilectio/quātuſq; amor: profecto nō dici poteſt. Non angelos: Non apoſtolos: Nō eo deniq; amore celicolas ſuperat oēs: Sꝫ quid dicā: Equidē michi illa pfectius videre deū videt̄: q̄ apoſtoli/q̄ꝫ celigene/ q̄ꝫ cetere oēs celicolaꝝ copie Atqui nullꝰ michi negabit qui aliqua floret ſapiētia: mariam florentiſſimam virginē id felicitatis adeptā fuiſſe: vt ſummo ſplēdore/ atq; ſumma celi pulchritudine ſummopere delectet̄. vt qm̄ eos qui horridis ſupplicijs apud inferos afficiunt̄ videt: nō eo ſolū aſpectu mirum ī modū gaudeat/ veꝝ etiam ethereū patrē mirificis laudibꝰ afficiat non quia penas dant īꝓbi: ſꝫ qm̄ et ſe ꝑiculis liberatam eſſe/ ⁊ incredibilē diue iuſticie magnitudinē perſpicit. At certe nō pōt dici q̄ admirabilē illa ex aſpectu chriſti leticiā capiat ⁊ voluptatē. Quid enī xp̄o glorioſiꝰ:

Quid preclari⁹: Quid formoſius: Quid deniqꝫ de
lectabili⁹ videri pōt: Quid aūt maria beati⁹: Quid
maria in xp̄m flagrāti⁹: Quid maria tanto principi
placentius inueniri poteſt: Atqꝫ vt ſumma ego bre
uitate vtar: quū ita ſit vt nichil deſit marie v̄gini lu=
culēte qd ad perfectā ptinere felicitatē oporteat: id=
circo arbitror dubitandū eſſe nemī: quī et aures ei⁹
et guttur ⁊ man⁹ et nares īcredibilit̄ delectent. Ac
mea quidē ſētētia (q̄ neqꝫ ab officio/neqꝫ ab optīoꝝ
iudicijs viroꝝ abhorreat) ſi dīnam marie ſuauitatē
cū nr̄is delectatōib⁹ q̄ maxīs ꝯparabim⁹: neqꝫ ſatis
idoneā ꝯparatōem facere/neqꝫ ei⁹ magnitudīem ſa
tis poterim⁹ exp̄mere. Atqꝫ vt alia q̄ michi quidē ad
hūc locū attinere videt̄/explicē: corp⁹ p̄clare virgi
nis marie (qd ſane ē īmortalitatē aſſecutū) ꝯſtat ab
eterno p̄cipe ea dona accepiſſe: q̄ digna michi ad=
miratōe videri ſolēt. vt nec pati poſſit/quāuis apud
inferos maneret. nec aliq̄d tā durū tāue ſpiſſum: cu
ius quidē penetrādi facultatē nō habeat. nec aliq̄d
ſit aut tā validū aut tā lōgū: qd nō viceret aut ſua ce
leritate veloci⁹ dicto nō adiret. nec ſplēdoris tm̄ ſol
habeat quātū illud ipꝫ marie corpuſculū. Illud etiā
(qd nō mediocri ꝯmēdatōe dignū exiſtimat̄) ſi luīe
ſolē ſuperare dicerē pluſqꝫ ab hoīb⁹ excogitari poſ
ſit: nō errarē. Sꝫ nos pergam⁹ celeſtis regine lau=
des exp̄mē quaꝝ tāta eſt ſuauitas vt neqꝫ auditores
neqꝫ lectores/neqꝫ narratores faſtidiat. Quuꝫ igit̄

illā ꝯplectoꝛ animo: tres quidē cauſas reperio: cur
etiā mirifica videat̄. vnā ꝙ ſuis oīb⁹ actionibus pla
ceat diuine maieſtati. alterā ꝙ maximo ⁊ ſingulari
cumulet̄ gaudio. tertiā ꝙ floꝛeat tū ſciētia/tū eloq̄n
tia/tū ſapiētia: ſed ita vt etiā ſi q̇ſpiā eſſet q̇ oīm do-
ctoꝝ ītelligētia/oīm oꝛatoꝝ dicēdi copia/oīꝫ hoīm
ſapiētia valeret: nemini tñ dubitādū eſſet quin eum
ipm vnice ſuparet. Didicim⁹ enī ⁊ ꝑipateticū illum
ariſtotelē/ ⁊ ethicū illū ſocratē ⁊ ſtoicū illū zenonē/
et ceteros philoſophos qꝫ plurimos ſūmā ſcientiā
adeptos fuiſſe. Sed ſi ad magnificā celicolū dñam
ſpectem⁹: nichil eſt ꝓfecto qđ viros philoſophos
laudem⁹. Ipſi aūt arbitramur ⁊ marcū ciceronē/et
fabiū q̄ntilianū/ ⁊ academicū platonē/ et athenīēſē
illū demoſthenē ⁊ īnūerabiles alios perqꝫ magna
eloq̄ntia fuiſſe. Sꝫ nichil ad celicolaꝝ dñam. Et ei
hos etiā viros accepim⁹ ſalomonem/hieronymū/
ābroſiū/auguſtinū/gregoꝛiū: īcredibilē diuinaꝝ re
rū atqꝫ hūanaꝝ cognitionē habuiſſe Attamē nō fa
cere poſſū: q̄n viris illis ꝙ grauiſſimis celi reginā lō
ge ꝑferēdā eē putē. Quāobꝛē q̇d illā eē dicem⁹: niſi
egregiā quādā atqꝫ admirabilē deā? Qm̄ ego tātā ī
ea excellētiā offēdo: eq̇dē nō alit̄ ſētire poſſū. Acce
dit etiā ad felicitatē celeſtis regine vt nichil ſit tātū
neqꝫ tā difficile: qđ ſi velit/mox nō ꝯſeq̄t̄. neqꝫ bonū
tā vberrimū/tāqꝫ incredibile/ tāqꝫ diuinū amittere
aut īcēdio aut naufragio aut quouis mō extimeſcat

Atq̄ video ꝛ michi a nemine carpi debere ſi q̄dē ī eā ſentētiā veneri: vt illā ipam tū celigenis/ tū apoſtolis beatitudine p̄ſtare ſentiā. Video enī herēdū eē nemini: q̄n xp̄m illa pepererit/ q̄n diuine maieſtati ſēp morē geſſerit/ q̄n ſemp ab oīb⁹ pctis ꝓcul abfuerit/ q̄n vſq₃ eo ꝓmerita fuerit vt ſi xp̄s de nūero excipiat: nō ſolū hoīes ſed etiā ſpūs oīs meritis ſuperet. O beatitudo ſingularis. O clariſſima celi regina. O admirabilis humani generis dn̄a. q̄ ego dignā p̄dicari tātā felicitatē putare debeā? Que enī tāta pōt exiſtere vbertas īgenij Que tāta dicēdi copia: qō tā diuinū atq₃ īcredibile gen⁹ oꝛonis: Q̄uo q̄ſq₃ generoſe matris xp̄i gl'iaʒ aſſeq̄ dicēdoue ꝯplecti poſſit: Nichil ne eſt aurib⁹ illa iocūdi⁹ Nichil ne mirificēti⁹ videri pōt: Nichil ne digni⁹ ſūma laudatiōis vbertate: Quis eā egregie nō amaret: Quis eā nō dignaret maximis laudib⁹. Quis eā libētiſſime nō cogitaret. O ſingulare hoīm deſideriū. Hāc ita poete videāt/ hāc ita eloq̄ntes meditēt vt nichil ſcōʒ deū eē ſentiāt/ qō ſuis carminib⁹ ꝛ oꝛonibus tā dignū eē videat. Sʒ iā ad īſtitutū reuertar meū. Illud v̄o qō a me dictū ē/ mariā xp̄i parētē totā ī celū aſſūptam fuiſſe: ſi q̄ſpiaʒ eſſet q̄ ne michi q̄dē aſſentiret: eū ī erroꝛē maximū lapſū eſſe/ ī dubiū ipe nō venirē. Nā cū aīaʒ illā egiſſet: aut eā totā ī celū euectā fuiſſe/ aut ꝯmunē ī cinerē fuiſſe verſū ei⁹ ipſius coꝛpuſculū/ aut illud ipm ſub ſole remanſiſſe inuiolatū

neceſſe eſt dicere. Sed quiſnã tam demens reperiri põt qui audeat hoc fateri: xp̄m eiuſmodi filiũ eſſe q̄ quãq̄ hoĩb⁹ p̄ceperit vt patrẽ et matrẽ honore affi cerẽt/ dixeritq; veniſſe ſe nõ vt ſolueret ſed legẽ po ti⁹ ĩpleret: matris tñ honorẽ ſic fuerit aſpnat⁹: vt ſa cratiſſimũ illi⁹ corpuſculũ (qð credit a ſapientib⁹ et illũ ĩtra ſe tuliſſe ⁊ illũ prudẽtiſſime aluiſſe/ ⁊ illũ pa tientẽ plurimũ defleuiſſe/ ⁊ malo nũq̄ inquinatũ fu iſſe) a corruptiõe et miſeria nõ vindicarit? Aut ſub ſole ſi mãſerit quũ loca certa ſint in terris cõſtituta: vbi nũc egregie venerant plurima corpa vt magda lene/ vt barbare/ vt q̄plurimarũ v̊ginũ: vſq; eo pa rentẽ ſuã ↄtẽpſerit oĩb⁹ virtutib⁹ decorataz: vt cor pus illi⁹ honorandũ hoĩb⁹ nõ dederit? Hoc igit fa teri neceſſe eſt vt illa (ſiquidẽ corp⁹ ei⁹ neq; ĩ cinerẽ ſolutũ fuiſſe/ neq; ĩ mũdo relictũ videm⁹) fuerit to ta in celũ euecta. Eteni ſi xp̄s ⁊ matrẽ ſuã ex oĩbus dilexit plurimũ/ ⁊ v̊tutib⁹ liberos vicit oẽs/ et plus illã venerat⁹ ẽ q̄ ceteri parẽtes ſuas/ ⁊ illã oĩz ſtudi oſiſſimã eẽ cognouit/ ⁊ ſemp ab oĩb⁹ pctis alienam fuiſſe: q̄d eſt qð de aſſumptiõe dubitare poſſim⁹? O hoĩez ignarũ ⁊ ĩſipiẽtẽ ſi tante q̄dẽ regine corpuſcu lũ putet aut ĩ hũanã calamitatẽ deueniſſe/ aut reli ctũ ĩ mũdo fuiſſe tã ſordido: neq; ſibi locũ honoris gr̄a (ſicuti cetis corpib⁹ p̄claris) ↄſtitutũ. Quid igit nobis heredũ eſſe dicem⁹? Hoc ne verũ? Nõne fuit ↄfeſſus ille hieronym⁹: homo ĩcredibili ĩgenio/ ⁊

maxia doctrina/ ⁊ plurimis v̾tutibꝰ decoratꝰ: Nō-
ne vir etiā bernardꝰ: nō ſolū v̾itatis plenꝰ/ ſ; optīs
litteris/ ac ſūma ſapiētia ꝑditꝰ/ aſſeruit: Nōne aure
lius ille auguſtinꝰ: et īgenio prudētiaq; acutiſſimꝰ/
et ſacratiſſimis lr̄is plurimū eruditꝰ/ ⁊ v̾tutibꝰ lōge
ornatiſſimꝰ/ ꝯprobauit: Nō etiam nr̄a mater eccl̄ia:
q̄ ab erroribꝰ longe abhorret/ q̄ maxia doctrina flo
ret/ q̄ ſūmo aī ſplēdore viget/ maxie fatet̄: O glori
oſam ⁊ īcredibilē ꝑfectionē. O magnificū ſingula
rēq; triūphū. O gl̄iam admirabilē: monumētiſq;
decorandā. Quis tā mirificam nr̄e dn̄e aſſūptionē
videre poteſt: neq; ex ea magnā ꝑcipiet voluptatē
Quis tantā claritatē meditat̄ q̄ neq; ad dilectionē
vehemētē/ ⁊ obſeruātiā ꝓmouet̄: Ego ne q̄ hāc vi
deo ꝑfectionē fuiſſe hilaritatis plenā: ī meditatiōe
illiꝰ ſūmo ſine gaudio v̾ſabor: O iucūdū hūani gn̄is
ſpectaculū. Quāobrē chariſſimi fr̄es eū vite curſu;
nobis quidē tenēdū ſentio: vt mariā illā celitū regi
nam vehemēt̄ amemꝰ/ honoremꝰ/ ⁊ laudemꝰ. Nā ⁊
vos magno amore afficio/ ⁊ ī eā ſū quodā īcredibili
amoris ardore īflāmatꝰ: nō mō ſuis maxis verū etiā
filij ſui ſummis ⁊ plurimis erga me meritis. vt vos
quidē ad ſalutē vr̄a; augēdam exhortari: neq; ſolū
illa; admodū colere/ atq; orōnis copia ornare: ſ; eād
etiā ab aliis deſiderare debeā. Ac ſi nos q̄dē regiā
mortalē vehemēter amemꝰ (ſiquidē in nos bn̄ficia
ꝯtulit: quāuis in malis operis diuturnū tp̄s ꝯtriue-

rit) quo amore tandē inflāmati eē debem⁹ ī eiuſmo
di reginā cui ſum⁹ tot tantiſqꝫ bñficijs deuicti: vt ne
qꝫ multitudinē/ neqꝫ illoꝝ magnitudinē exprimere
poſſem⁹: q̄ redēptorem oīm edidit: que deo pro no
bis aſſidue ſupplicauit: que nō veniā ſolū ſꝫ grāꝫ no
bis etiā īpetrauit: q̄ deū nobis mouet etiā ad ꝑcēdū
que deniqꝫ ſummū ē aſſecuta pn̄cipatū: Michi aūt
nūqꝫ dubiū fuit qui eas terraꝝ dn̄as colere admod̄
deberem⁹: ex q̄b⁹ multa q̄dē accepim⁹. ſꝫ multo ma
gis dn̄am celitū. Quāto eīm dn̄a melior ē/ noſ qꝫ ſibi
plurib⁹ bn̄factis et maiorib⁹ aſtrixit: tāto eādeꝫ no
bis charior eē dꝫ. O viros beatos/ qui quū ſub ſole
in pluris ꝑtimeſcēdiſqꝫ ꝑiculis verſant̄: hoc bonum
tā excellēs/ tā fructuoſuꝫ/ tā īcredibilē adepti fuer̄e
vt mariā freq̄nt̄ cogitet/ v̄ba de illa libēt̄ faciāt/ vt
illā deniqꝫ vehemēti amore afficiāt. Etenī ſi illā ipaꝫ
ꝯſiderem⁹ ꝑfecto multa q̄dē reꝑiem⁹ q̄ nos ad amo
rē ei⁹ ītimū rapiēt. Nā ⁊ oēs feīnas pulchritudīe/ ⁊
ſolē ſpēdore ſupat: et velocitatis tm̄ adepta ē vt ex=
cogitari nō poſſit: ⁊ nichil hꝫ deformitatis neqꝫ vnq̄
eſt decorē ſuū amiſſura. q̄ tū mariam ſciētiā/ tū exi=
miā eloq̄ntiā/ tū īcredibilē ſapiētiā eſt aſſecuta: que
et ſumme īgenio/ ⁊ mēoria ſingulari: et diuinaꝝ co=
pia v̄tutū ꝑdita eſt. q̄ ita ſe geſſerit: vt nichil mali vn
q̄ fecerit q̄ tā etiā ꝑfecta eſt: vt a nemīe ſatis laudari
poſſit. Quāobr̄ē ij ſūmis digni laudib⁹ videāt̄: q̄ cum
ea ita ſe ꝯiūxerit: vt neqꝫ vi ab ea/ neqꝫ metu/ neqꝫ p̄

cib⁹/neq3 vllo modo abſtrahi poſſint. Quid illa pul
chri⁹: q̇d formoſi⁹: q̇d ſuaui⁹: q̇d deniq3 p̄ſtāti⁹ inue
niri pōt: Facio igit̄ libētiſſīe vt illā ip̄az multo plus
amē: q̄3 p̄ncipes/q̄3 amicos/q̄ p̄ētes/q̄ ſupos. Sed
q̄d o dn̄a amorē erga te meū euellet/aut diminuet:
Nū diuitie: Nū honores: Nū terrene opes: Nū deni
q3 alie res: Tu ne p̄ſidiū: tu ne refugiū: Tu ne ſpes
tu ne q̄es: Tu ne dulce dec⁹ meū: O terrā illā btām
q̄ ſibi tuā amiciciā ꝯpauerit: hāc igratā/ſi tot ⁊ tāta
bn̄ficia tua nō meīnerit: miſerā/ſi tuū illō feliciſſimū
auxiliū amiſerit. Eq̄dē frēs dīne maieſtati ſūmope
placem⁹ (qm̄ p̄cipue ⁊ inſignit̄ illā amat) ſi p̄iucūdo
amore illi⁹ noſmet ip̄i flagrem⁹ Nec v̄o alit̄ facē poſ
ſu3: q̄n pot⁹ eligēō hoc nobis putem⁹ vt maiore er
ga illā ip̄am decoremur charitate: q̄ diuitias oēs q̄
opes/q̄3 p̄ncipat⁹/q̄3 honores/quū illō bonū: ⁊ ma
ius et digni⁹/⁊ fructuoſi⁹ eē videat̄. Atq3 vt iā veni
am⁹ ad alteꝝ cohortatōis nr̄e locū (q̄ honore3 ꝑpe
tue v̄ginis marie ꝯtinet) ita nobis frēs iudicādū eſſe
arbitror: vt qm̄ illa tū maxīa v̄tutū copia/tū ēt exi
mia dignitate floreat/et de hūano gn̄e optime ſit ēt
merita: eā honore magno afficere debeam⁹. Eſt au
tē nobis q̄dē magnope dolēō ſi q̄dē īt ituras mūdi re
gias tātope colim⁹ eclariſſīaz regni celeſtis re
ginā min⁹ venera... r. Ego v̄o affirmare poſſū (nec
me q̄dē q̄ſq̄ redarg... t/aut certe nō erit ꝯpos mētis
exiſtimādus) mariam eiuſmodi eſſe dominā q̄ plus

ſit illis q̇dē dn̄is anteponēda: q̄ iſimis ille muliercu
lis pferri debeat. Quū aūt attēti⁹ cogitabā vt vide
rē quāta eſſet bona iis futura q̇ admoḋ reginā nr̄az
colerēt: illud maxie repiebā vt ſi vehementer vene
ret illā xpianiſſim⁹ rex nr̄ carolus octau⁹ (qḋ iā ipȝ
facere nō dubito) ſibi mirificos afferet fruct⁹. nō ſo
lū q̄ illi⁹ pſidio ihūaniſſimos ſupabit hoſtes q̇cūq̧
cū eo bella cruēta gerēt (quāq̧ id q̇dē maximū eſt)
verȝ etiā q̄ poſtq̄ e vita ꝯmigrauerit (qḋ nobis cū il
lo ꝯmune eē vidi cim⁹) excellētiſſimū ac longe nobi
liſſimū celū obibit. Ego vehemēter illis verēdū eē
arbitror q̇ nequaq̄ id faciāt qḋ nūc recte admoneo
ne ad īferos tū variis cruciatib⁹ afflictos/tū ethere
as ſedes nūq̄ habituros/citi⁹ rapiant q̄ putēt. Ui
deo ffes gen⁹ hūanū ī multis v̄ſari piculis: q̄ ſi attē
tius meditet̄ ⁊ aliquo moueat̄ riſu/demiror. Nā cū
flumīa legim⁹ aut fluct⁹ veliuolos: ī q̇b⁹ varie atq̧
īnūerabiles perierīt naues. aut p nemora vel ad vr
bē vel ad villā pficiſcimur: ī q̇b⁹ hoīes plurimi fue
rint occiſi aut crudelia bella cū hoſtib⁹ feris gerim⁹
quib⁹ quidē bellis īnūeri viri mortē obeūt: aut quū
ēt tris aduerſarios turbulētiſſimos habem⁹ (quos
demonē/corp⁹/⁊ mūdū vocāt) ſūmope nobis verē
dū eſt ne vētoȝ īpetu/vel aptis ꝯpagib⁹ obruamur
aut ſine ꝯfeſſiōe īſidiatoȝ gladiis iugulemur ī hor=
ridis nemoribus ⁊ opacis: aut ferociſſimoȝ hoſtiū
armis vulnerib⁹ circūſepti/furētib⁹ ī pliis oppeta=

m⁹: aut freq̄ntib⁹ aduerſarioꝝ oppugnationibus/
vel nimis elatõe aĩ/vel ĩmoderatis voluptatib⁹/vel
ĩmodicis opib⁹ ⁊ copiis irretiamur. Sũt etiã alia ſi
ne dubio p̄icła: q̄ ĩ hac cohortatõe dicerẽ niſi nimiũ
tp̄is ꝯſumerẽ. Sꝫ quiſnã ex illis tãdẽ poterit elabi?
Nẽpe is cui magno ĩ honore ꝑpetua hoĩꝫ ⁊ celicolũ
p̄nceps erit. Hoc bon⁹ auguſtin⁹/⁊ ĩſignis caſtitate
hieronym⁹/ſctiſſimiq꞉ viri q̄plurimi fecerũt: ſiq̄dẽ
et ſe plurimũ ei aſtrictos eẽ/ ⁊ illã honorib⁹ magno
pere dignã exiſtiabãt. Sꝫ o celites/ſi cognoſcerẽt
hoĩes quãtũ reuerẽtie multo triũphãtiſſime regine
nr̄e deberẽt: quãtũq꞉ laudis etiã atq꞉ vtilitatis ꝯſe=
q̄rent/q̄ꝫ magno illam honore afficerẽt. Igit̃ fr̄es ſi
ꝯſiliũ optimũ adepti ſum⁹: nõ videor herere michi
q̄dẽ debere q̄n oci⁹ id faciem⁹: q̄d hac ego orõe ſua
deo: niſi iã id ſum⁹ aſſecuti. Nũq̄d vocule? Nũq̄d ipe
cure? Nũq̄d ope? Nũq̄d labores? Nunq̄d ipſi dies?
Nũq̄d vigilie? Nunq̄d deniq꞉ cogitatões mee aĩos
hoĩm mouere nõ poterũt? Q̄d ſi alit̃ michi q̄ opt̄ẽ
acciderit: magno afficiar dolore. nõ ſolũ q̄r vos ad
modũ diligo/qui q̄dã mecũ cognatõe ꝯiuncti eſtis:
verũ etiã q̄r gñis hũani reginã (q̄ leuat ſuos ad ſyde
ra) ſũmo amore ꝯplector. Terti⁹ aũt cohortatiõis
nr̄e locus erat (vt ad mẽoriã illi⁹ redeam⁹) vt ipi ve
hemẽter laudem⁹ ꝑpetuã ⁊ admirabilẽ celicolũ p̄n
cipẽ. Quã ego ſepe admirari ſoleo: ſiq̄dẽ nichil oĩ
no reꝑire poſſem⁹: quã q̄ ſũma ĩdagatõe vteremur

quocũqꝫ noſmetipſos vertiſſemꝰ qð ſcõꝫ deũ tã lauda-
ri dignũ putaremꝰ. Naꝫ ſi leonides lacedẽoniꝰ apõ
grecos nouis laudibꝰ elatꝰ ē ꝙ exercitũ maxĩo capi
tis piculo ſeruauiſſet apõ thermopylas: nemĩ dubi
um eẽt dꝫ qn̄ ea (cum etiã plurimũ ĩpediat ne hoĩes
ad ĩferos corruãt) ſũmope a nobis efferri dẽat. Ue
ruꝫ ſi ad illã aĩos nr̄os vertamꝰ: magnã ex ea capie
mꝰ voluptatē qm̄ nichil pcĩ in ea repiemꝰ/ at ſingu
lares pl̄imaſqꝫ v̓tutes. Si pzudẽtiã/ ſi iuſticiã/ ſi for-
titudĩem/ ſi tēpantiã/ ſi caritatem perfectã volumꝰ
videre: mariã ꝯtēplemur. Nõ eximia ſciã: Nõ ĩcre-
dibili copia dicẽdi: Nõ ſapientia ſingulari pdita eſt:
Quid illa ſplẽdidiꝰ: Quid mirificẽtiꝰ: Quid deniqꝫ
iucũdiꝰ ĩueniri poteſt: O virꝝ beatũ qui quãq̄ ĩ mũ
do voluptatũ pleno tp̄s degit: tm̄ ĩ aſſiduis illiꝰ ipſiꝰ
cogitatõibꝰ v̓ſat̄. Quid de ſũma illiꝰ pulchritudine
dicã: q nõ mõ eaꝝ feiaꝝ q̄ nũc ſunt gl̓iam/ ſꝫ etiã ãti
quitatis mẽoriã decore ſupauit. Qð genꝰ pulchritu
dis excogitari põt: cui nõ debeat decor illiꝰ iure pre
ferri: Jã v̓o celeſtis regine formoſitati: q poteſt orõ
par ĩueniri: O iucũdã m̄ tãte pulchritudis mẽoriã:
Sꝫ quis nr̄m maxĩs illiꝰ bn̄ficijs affectũ: ſentire ſe
nõ debeat: q̄ ſi mẽtibus nr̄is ĩfixa erũt quis dubitet
aĩos nr̄os illiꝰ amore deflagraturos: Eſt aũt nemo
nr̄m: qui nõ ſit illa aſtrictꝰ mẽoria ꝓmeritoꝝ ſempi
terna. Uidemur eñ tm̄ illi dẽre (ita ꝓfecto deuincti
ſumꝰ) vt nemĩem nr̄ꝫ videã ſatis ei facere poſſe. Qð

ſi quiſpiã al'r ſenſerit: nõ ẽ equidẽ ꝯpos mẽtis iudi-
cãd⁹ Quãobrẽ celitũ reginã a deo dignã eẽ videm⁹
quũ eã ꝯſter etiã pepiſſe oĩpotentẽ celigenũ ṗncipẽ
vt neqꝫ a nobis ſolũ/ ſꝫ ab ãgl'is etiã ꝑ q̃magnis lau
dib⁹ efferat. Ue℞ aliquis michi dicet ego quidẽ ter
ras colo/ vineas ãputo/ arbores ſero/ libris opã nõ
dedi. vis ne: vt aut chartis ĩſerã aut tã magnifice do
mine decorẽ et v̇tutes ṗdicẽ: Ego inquã nõ moneo
vt ſi ignar⁹ ſis littera℞: aut libros de marie laudib⁹
cõficias/ aut ĩ cathedrã opperiẽte ppl'o te ꝯferas ve
rũ ſi quid ipe didiciſti( diſcere aũt potuiſti) quo tam
mirificã dñam laudare poſſis: vti ſaltẽ laudatõe illã
alloquare. Sin aũt nil fateris didiciſſe/ vt nõ ceſſes
laborare donec eris quicq̃ de pluris ei⁹ laudib⁹ aſ-
ſecutus. Qui aũt clariſſimos poetas q̇ grauiſſimos
oratores/ qui copiã dicẽdi/ qui ſubtilitatẽ diſſerẽdi/
qui bñ viuẽdi ordem/ qui hiſtoria℞ copiã/ qui ſũmã
re℞ obſcuritatẽ/ qui ſacratiſſimas lr̃as didicerint:
eos ipe quidẽ magnope admoneo( quo facili⁹ ꝑpe-
tuã beatitudĩem ꝯſequant̃ ) vt ṗdicatõib⁹/ vel carmi
nibus/ vel orationib⁹ in celũ perpetuã hoĩm princi
pem efferant. Quãq̃ ego non eloquẽtia ciceronis/
aut hypperidis/ aut demoſthẽis/ aut platonis flore
am: tñ hoc libentiſſime fecerĩ magno quidem amo-
re perculſus( quantulãcunqꝫ michi facultatem dicẽ
di ſtudium/ labor/ excercitatio/ vigilie afferre potue
rint) vt mariam nobiliſſimam virginem atqꝫ ampliſ

ſimam celeſtis īperij principem maximis laudibus
afficerē. Nec vero hoc meo ſtudio (qđ illiꝰ cauſa ſu=
ſceperā) ꝯtētꝰ ſū: ita vt id (qđ michi quidē magnoꝑe
moleſtū eſſet) oīno ceſſare velī. Nā ⁊ ſi de illa inūe=
rabiles libꝛos ſcripſiſſem: tñ ex hoc ludo tā pulcher
rimo/ atqꝫ tā ſuauiſſimo nō cederem. ⁊ ſi vitā agerē
ſempiternā: ꝑpetuū tpˢ ī ſcribēdo/ illiꝰ ꝑꝗ ornāde
cauſa ꝯſumerē Ita quū de turba ⁊ a ſubſelliis diſceſ
ſero (qđ poſt dies paucos ſū facturꝰ) nō ad ꝑncipes
nō ad cauſas vel publicas vel ꝑuatas ꝓficiſcar: ſed
ad noſtrā dñam extollēdā: ⁊ ſtudiū/ ⁊ laborē/ ⁊ opē
rā/ ⁊ curas/ ⁊ ſolicitudīes ⁊ cogitatōes meas ꝯferā.
Neqꝫ vero hec eo dixi ꝯſilio vt ⁊ meipꝫ oſtentarē ⁊
michi quicq̄ arrogarem: ſꝫ vt ītelligeretis (poſtq̄
aperuiſſem quāta ego debere me tāte regine ꝓ ſuis
erga me meritis exiſtimarē) vos eidem ob ſua erga
vos bñficia debere maxima. O reginā admirabilē
atqꝫ oī laude/ ꝑdicatōe/ lrīs/ monumētiſqꝫ decoran
dā. An tuas o dña laudes deſerā? Michi ne tuo fa
mulo ꝓpē te parcere debeo? Ego ne ſtudiū in tua
celſitudine aperienda recuſabo adiūgere. Cur tua
cauſa curas nō ſumā. Cur etiā vigilias refugiā. Cur
laborē: An qꝛ tuis ī laudibꝰ multos iā dies ſum ver
ſatꝰ. Sic ne tua erga me ꝓmerita nō paruipenderē
O dña ſi michi ꝯtigeret (id qđ nollē) vt de te mētio
nē facere refugerē: ornamēto quodā maxio atqꝫ in
credibili dulcedine ſpoliatū me qdē ipm arbitrarer

Videoꝛ michi te quidē eo amoꝛe ꝯplecti debere. vt
qm̄ me tuis inūerabilib⁹ bn̄ficiis deuixeris: adept⁹
ꝗ ſis tū eximiū decoꝛē/ tū plurimas v̄tutes/ tum ex
cellētiſſimas dignitates/ tū etiā imēſam atꝗ īfinitā
beatitudinē: velī grauiſſimā poti⁹ ſeruitutē ſubire:
ꝗ tuas ipſius laudes relinq̄re. Verū ſi gen⁹ hūanū
me ꝯſulat: hoc a me ꝯſiliū referat vt ſingula ludoꝛū
euēta deſerat/ vt ſe a fraudib⁹ ceteriſꝗ malis abſti-
neat/ vt ad laudandā celitū reginā: ſtudiū curas: co
gitatōesꝗ ſuas ꝯferat. Sic enī ꝛ ꝑpetuas īferni flā
mas/ ꝛ terribiles īferoꝝ clamoꝛes/ ꝛ varia ſupplici
oꝝ genera vitabit. ſic etiā honoꝛē/ laudes ꝛ gl̄iam/
et in calamitatib⁹ opē/ ꝛ iucūdiſſimā vite ꝑpetuita-
tē ꝯſequet̄. Dicā in calce oꝛōnis mee qd̄ ſentio ſi ma
riā illā ipam grauiſſimā ꝛ ſanctiſſimā dn̄am (q̄ neꝗ
ſuos in ꝑiculis deſerit/ neꝗ ꝑmittit tartareas adire
domos) valde charā habebim⁹ ꝛ honoꝛe magniſ-
ꝗ laudib⁹ afficiem⁹ vt debemus: chꝛiſto illi celicolū
principi et hoīm (quē ſuos ꝑſpicuū eſt nō mō ī vita
leuare auxilio: ſed poſt extremū etiā ſpiritū ad ſupe
ros tollere) ſum⁹ in ōmis ſine dubio placituri. Ha
bui hec de v̄ginis marie aſſumptione q̄ dicerem: ad
quā ꝓfecto ſcribendā animū nō appuli: vt honoꝛē/
aut gl̄iam/ aut dignitatē/ aut pecuniā ꝯſequerer: ſed
illā celitū atꝗ hoīm reginā in celū verbis extollerē
et (id qd̄ nec mediocriter deſiderabā) magnū quē-
dā fructum hoīb⁹ nr̄o ſtudio afferrē. Verebar niſi

laudes illius perpetuas mandarē lr̄is: quū noua et
innumerabilia in me bñficia ꝯtuliſſet: ne aut meam
erga illā beniuolentiā minuiſſe/ aut in ſcelus qōdā
nefariū īcidiſſe viderer. Nec vo ſecius facere debui
p̄ſertim quū illā ita cognoſcerē: vt niſi me deus ⁊ fi
des īpedirent: certe eā oīm rez ꝓcreatricē arbitra
rer: ⁊ tanq̄ deā quandā marie colerē lōge ſapiētiſ-
ſimam atq̄ īmortalē. ſ3 qm̄ multā ⁊ variā p̄ncipis no
ſtre gl'iam in hoc ipo opuſculo apui: nō poſſum q̄n
ſperē eos (qui hoc bono aīo legerīt) mirificos ſibi
fructꝰ aſlaturos. Quū vero ītellexero hūc libellum
meum potuiſſe hoībus prodeſſe/ non ſolū magno
afficiar gaudio: verū etiā ad ſcribendum acerrimis
quibuſdā aculeis pmouebor. Ualeant et iterum va
leant/ atq̄ etiam dū mortem obibūt/ diuinū auxiliū
ſibi cōparent: quicunq̄ opuſculū meū ꝓpter mariā
principem noſtram in manibus habeant.

¶ Opuſculum De Aſſumptione Beate
Marie Virginis Explicit. Impreſſum
Pariſius In Bellouiſu Per Magiſtrū
Guidonem Mercatorē Anno dn̄i. 1500
Die xij Menſis Octobris.

120
CB 100 965982
44 901
12c
Res. 267